TABERISTANENSIS

ID EST

ABV DSCHAFERI MOHAMMED BEN DSCHERIR ETTABERI

# ANNALES

## REGVM ATQVE LEGATORVM DEI

EX CODICE MANV SCRIPTO BEROLINENSI

ARABICE EDIDIT

ET IN LATINVM TRANSTVLIT

JOANNES GODOFREDVS LVDOVICVS KOSEGARTEN

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQVE ET LITTERARVM ORIENTAL. IN ACADEMIA GRYPHISVALDENSI PROF. PVBL. ORDINAR. SOCIETATVM PARISIENSIS ASIATICAE REGIAE BRITANNICAE ASIATICAE REGIAE SCIENT. BORVSSICAE DANICAE POMERANAE ATQVE THVRINGICAE ANTIQVITATVM PATRIARVM SCRVTATORVM SODALIS.

VOLVMEN SECVNDVM.

GRYPHISVALDIAE.

SVMTV ERNESTI MAVRITII BIBLIOPOLAE.

TYPIS ACADEMICIS.

MDCCCXXXVIII.

30

# PRAEFATIO.

Annalium Taberistanensis volumen secundum, ex codice Berolinensi quantum potui adcurate editum, lectoribus benevolis trado. Quo volumine quae res exponuntur, eae tum gravitate argumenti, tum novitate narrationis, dignae sane sunt, in quas animi hominum historiae antiquae studiosorum convertantur. Primae enim Moslemorum expeditiones in Irâkam et Syriam annis p. H. duodecimo, tertio decimo ac quarto decimo, susceptae hoc libro copiose atque diligenter enarrantur, atque ita quidem, ut quae homines, qui illis temporibus aequales fuerant, auditoribus de his rebus tradiderant singula, ea hoc quoque loco singulatim referantur, neque narrationes ab hominibus diversis proditae, quamvis easdem res exponant, in unam confundantur unquam. De quo narrandi modo, Arabibus antiquioribus usitato, in praefatione voluminis primo praemissa plura disserui. Si de eadem re narrationes plures referendae sunt, tum Taberistanensis eam, quae brevior est, praemittere, pleniores vero subiungere solet. Quo acceptiorem huiusmodi rerum illarum antiquarum expositionem viris doctis futuram esse existimo, eo gravius fero, quod codex Berolinensis, quo uno uti mihi licuit, quamvis antiquus, litterisque satis splendidis, quae iamiam vero multis in locis expalluerunt, passimque aut prorsus, aut paene sublatae sunt, exaratus, multiplici tamen labe adfectus est. Non modo enim, quo quidem damno plerique codices laborant, frequenter vocabula singula ponit corrupta, verum etiam, quod difficultates longe maiores editori adfert, locis permultis scripturam lacunis intercisam exhibet. Quas quidem lacunas ita explere, ut verus sententiae sensus restituatur, negotium lubricum est, quod ab eo, qui uno tantum codice uti potest, raro feliciter perficitur. Aliquot verba, vel etiam lineas, ex scriptura arabica excidisse saepe quidem cognovi; sed quam vellem, ea quoque scivissem, quae supplenda essent. Aliquoties chronicon Dijârbekrensis, Gothae adservatum, ex quo Platenius historiam caedis Omari nuper edidit, veram Taberistanensis scripturam mihi suppeditavit. Nam liber ille, qui locos ex annalibus variis transscriptos contexit, interdum etiam locos ex Taberistanensis annalibus sumtos adponit, eosque ad verbum relatos.

Volumen tertium, quod propediem editurus sum, primo partem reliquam illius scripturae arabicae dabit, quam codex Berolinensis, quem partem quintam inscripserunt, complectitur, deinde adnotationes, tum criticas, tum historicas geographicasque, subiunget. Quae ita digerentur, ut dimidium volumen scriptura arabica, dimidium adnotationibus impleatur.

Quum primum huius operis volumen ao. 1831. in lucem emitterem, quinque tantum annalium Taberistanensis partes in bibliothecis occidentis repertas cognoveram, quarum unam bibliotheca Lugdunensis, Berolinensis vero quattuor habet. Iam vero, etiam in museo Bodleyano, quod Oxonii est, aliquot annalium Taberistanensis partes adservari, catalogi codicum Bodleyanorum pars secunda, quam Nicollus, egregia diligentia adhibita, inchoaverat, feliciter vero Puseyus ao. 1835. absolvit, acriter in hanc rem inquirentem me docuit. Quas quidem operis Taberistanensis partes prima iam catalogi pars, ab Urio confecta, in censum librorum Bodleyanorum orientalium retulerat, sed verbis ita paucis, partimque falsis, ut, quae illis codicibus continerentur, inde non satis cognosci posset. Itaque tum demum, quum Puseyus' omnes libros arabicos, iam ab Urio in censum receptos, diligentius inspiceret, quaeque de iis Urius scripserat, adcuratius retractaret, prospere evenit, ut, quid illi codices habeant argumenti, recte exponeretur. Qui quidem codices hi sunt:

1. codex Urii nro. 781. est tomus nonus exemplaris cuiusdam annalium Taberistanensis, res exponens ao. p. H. 35. inter Arabes gestas. Prima verba, ut Puseyus litteris ad me datis mihi significavit, haec sunt:

ثُمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ خَمْسٍ وَثَلٰثِينَ ذِكْرُ مَا فِيهَا مِنَ ٱلْأَحْدَاثِ فَمِمَّا كَانَ فِيهَا مِنْ ذٰلِكَ نُزُولُ
أَهْلِ مِصْرَ ذَا خَشَبٍ حَدَّثَنِي بِذٰلِكَ أَحْمَدُ بْنُ ثَابِتٍ قال حَدَّثَنَا مُحَمَّدٌ عَنْ إِسْحٰقَ بْنِ عِيسَى
عن أَبِي مَعْشَرٍ قال كَانَ ذُو خَشَبٍ سَنَةَ خَمْسٍ وَثَلٰثِينَ وَكَذٰلِكَ قَالَ ٱلْوَاقِدِيُّ ۞ ذِكْرُ
مَسِيرِ مَنْ سَارَ الى ذِي خَشَبٍ مِنْ أَهْلِ مِصْرَ وَسَبَبِ مَسِيرِ مَنْ سَارَ الى ٱلرَّقَّةِ من أَهْلِ ٱلْعِرَاقِ
فِيمَا كَتَبَ بِهِ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَطِيَّةَ عن يَزِيدَ ٱلْفَقْعَسِيِّ قال كان عَبْدُ
ٱللّٰهِ بْنُ سَبَأٍ يَهُودِيًّا من أَهْلِ صَنْعَآء أُمُّهُ سَوْدَآء فَأَسْلَمَ زَمَانَ عُثْمَنَ ثُمَّ تَنَقَّلَ فِي بُلْدَانِ
ٱلْمُسْلِمِينَ

id est:

„Deinde incepit annus tricesimus quintus. Exponuntur quae eo gestae sunt res. Fuit autem ex iis, quae tunc acciderunt, congressus Aegyptiorum in loco Dsû chaschab. Hoc mihi tradidit Achmed ben thâbet, qui dixit: hoc nobis tradidit Mohammed, qui ab Ishâk ben Isa id acceperat, cui ab Abu maascher narratum fuerat. Qui dixit: res, quae in Dsû chaschab gestae sunt, acciderunt anno tricesimo quinto. Quod idem El wâkedi perhibuit. Exponitur iter eorum Aegyptiorum, qui ad Dsû chaschab perrexerunt, atque causa itineris, quod Irâkenses ad Errakkam versus susceperunt, ex iis quae Essurri ad me scripsit, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo

tradita fuerant, qui ab Atijja ea cognoverat, cui a Jesido Fakassita narrata fuerant. Qui dixit: fuit Abd alla ben saba Judaeus ex incolis Sanaae, qui matrem habebat nigram. Moslemus factus est tempore Othmâni. Deinde terras Moslemorum peragravit."

Quae in codice Gothano, epitomen persicam exhibente, ita reddita sunt:

وسال سی وپنج اندر آمد واندرین سال عبد الله بن سبا مذهب رجعت آشکارا کرد وخلقی اورا اجابت کردند واز راه بکشتند ✿ خَبَرُ مَنْ أَنْشَأَ مَذْهَبَ أَهْلِ ٱلرَّجْعَةِ وَدَعَا ٱلنَّاسَ إِلَيْهِ وَمَا تَوَلَّدَ عَنْ عُثْمَانَ مِنَ ٱلْفِتَنِ ✿ واین عبد الله بن سبا مردی بود جهود از زمین یمن از شهر صنعا وکتب پیشین خوانده بود وعلم بسیار دانست وایدون طمع داشت کی چون مسلمان شود بوقت عثمان اورا نیکو دارد

id est:

„Deinde incepit annus tricesimus quintus. Quo quidem anno Abd alla ben saba doctrinam haereticam proposuit; quem nonnulli homines sequuti, de recta via decesserunt. Exponitur de eo, qui doctrinam haereticorum excogitavit, hominesque ad se advocavit, deque turbis propter Othmânum concitatis. Fuit autem ille Abd alla ben saba homo Judaeus, ortus in provincia Jemenensi, et quidem in civitate Sanaa natus. Libros antiquos legerat, multaque didicerat. Deinde hoc efficere voluit, ut, si Moslemus fieret tempore Othmani, a chalifa bene haberetur."

Amidensis haec in arabicum sic transtulit:

وفى سنة خمسة وثلاثين ظهر مذهب الرجعة وقامت الفتنة على امير المومنين عثمان رضى الله عنه قال كان الذى ظهر مذهب الرجعة رجل من اليهود يسمى عبد الله بن السباء من ارض اليمن وقد قرا كتب كثيرة من كتب القدماء وقد اتا من اليمن وقال اريد الاسلام على يد امير المومنين عثمان وكان طمعه فى الاسلام على يد عثمان حتى يحسن اليه ويرفع قدره ويعلى امره

id est:

„Anno tricesimo quinto proposita est doctrina haeretica, turbaeque contra Othmânum, principem fidelium, quem gratum habeat Deus, concitatae sunt. Dixit: qui doctrinam haereticam proposuit, homo fuit Judaeus, cui nomen erat Abd allae ben essaba, in provincia Jemenensi ortus. Libros multos, qui ex libris antiquis erant, legerat. Deinde ex El jemena accessit, dixitque: „islamismum amplecti volo, moderante Othmâno, fidelium principe." Sed islamismum moderante Othmâno eum tantum in finem amplecti volebat, ut chalifa ipsum bene haberet, honoribusque augeret, atque ad altiorem gradum veheret."

Seif vero, ut tradit Essurri, qui a Schoaibo id acceperat, cui ab illo traditum fuerat, qui ex Abu othmân id compererat, cui a Châledo atque Abu obâde traditum fuerat, in narratione sua hoc quidem prodidit: nuntium illum, qui mortem Abu bekri atque imperium Abu obeidae traditum nuntiaturus esset, in Moslemos incidisse ad El jarmûkum constitutos, quum modo cum Graecis armis decertare incepissent. Atque idem de rebus ad El jarmûkum ac Damascum gestis alia prodit, quam quae narrat Ebn ishâk; de quibus nonnulla exponam. Exponuntur illa. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Seifo ea acceperat, cui a Mohammedo narrata fuerant, qui ab Abu othmân ea cognoverat. Qui dixit: quum Omar imperio praefectus esset, a munere amovit Châledum ben el walid ac Châledum ben saïd. Sed El medinam venire, iis permisit; quod ne facerent, Abu bekr interdixerat, propterea quod in fugam se dederant. In Syriam eos remisit, iisque dixit: „certiorem me faciant, vos labores sustinuisse, ut animum vestrum experiar. Ducem e nostris eligite, quemcunque velitis." Itaque ad exercitum profecti, strenue pugnarunt, laboresque sustinuerunt.

Exponuntur res ad Damascum gestae e narratione Seifi. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui ab Abu othmân tradita fuerant, qui e Châledo atque Abu obâde ea compererat. Qui quidem dixerunt: posteaquam Deus agmen Jarmûkense in fugam conjecerat, hostesque ad El wâkûssam constituti conciderant, praeda impedimentisque distributis, quinta praedae parte transmissa, legatisque missis, Abu obeida Jarmûko Beschirum ben kaab ben abil himjari praefecit, ne subsidia sua opprimerentur, neve Graeci supplementa interciperent. Deinde Abu obeida iter ingressus est, atque ad Essoffaram castra posuit, disiectos hostes persequuturus; nondum vero compererat, utrum iterum coirent, an dispergerentur. Tum certior factus est, ad Fachlam eos se recepisse; moxque ei nuntiatum est, subsidia, ex Himssa missa, Damascum jam pervenisse. Quibus cognitis, utrum Damascus, an Fachla, e terra Jordanensi irrumpenti sibi prima petenda esset, dubitabat. De qua re litteras ad Omarum dedit, atque, responsum exspectans, ad Essoffaram substitit. Omar, victoria Jarmûkensi comperta, singulis ducibus imperium, quod Abu bekr iis tradiderat, prorogavit, exceptis Amro ben el âss ac Châledo ben el walid. Châledum enim Abu obeidae adjunxit; Amrum vero caeteris subsidio esse jussit, quoad bellum in Palaestinam inferrent, tum vero bello Palaestinensi praeesse.

Ebn ishâk vero de rebus Châledi, causisque propter quas Omar a munere eum amovit, ea prodidit, quae nobis narravit Mohammed ben homeid; qui dixit: nobis ea tradidit Salama, qui ab illo ea cognoverat. Qui quidem dixit: Omar Châledum non amovit, nisi propter quaedam verba, quae aliquando loquutus erat, ut ferunt. Atque per totum tempus, quo Abu bekr imperium tenuit, Omar Châledum odio persequutus est, auctoritatemque ei concessam aegre tulit, propter ea, quae Châled in Ebn noweiram commiserat, quaeque inter bellum illi illatum perpe-

عَمَلًا أَبَدًا فَكَتَبَ عُمَرُ الى ابى عبيدة إِنْ خَالِدٌ أَكْذَبَ نَفْسَهُ فهو أَمِيرٌ على ما هو عليه وَإِنْ هو لم يُكَذِّبْ نَفْسَهُ فَأَنْتَ ٱلْأَمِيرُ على ما هو عليه ثم ٱنْزِعْ عِمَامَتَهُ عن رَأْسِهِ وَقَاسِمْهُ مَالَهُ نِصْفَيْنِ فلما ذَكَرَ ابو عبيدة ذلك لخالد قال أَنْظِرْنِي أَسْتَشِرْ أُخْتِي فى امرى فَفَعَلَ ابو عبيدة ذلك فَدَخَلَ خالد على أُخْتِهِ فَاطِمَةَ بِنْتِ ٱلْوَلِيدِ وكانت عند عبد ٱلْحَرِثِ بْنِ هِشَامٍ فَذَكَرَ لها ذلك فقالت والله لا يُحِبُّكَ عُمَرُ أَبَدًا وما يُرِيدُ إِلَّا أَنْ تُكَذِّبَ نَفْسَكَ ثم يَنْزِعَكَ فَقَبَّلَ رَأْسَهَا وقال صَدَقْتِ وَٱللَّهِ فَتَمَّ على امره وَأَبَى أَنْ يُكَذِّبَ نَفْسَهُ فقام بِلَالٌ مَوْلَى ابى بكر الى ابى عبيدة فقال ما أُمِرْتَ بِهِ فى خالد قال أُمِرْتُ أَنْ أَنْزِعَ عِمَامَتَهُ وَأُقَاسِمَهُ مَالَهُ فَقَاسَمَهُ مَالَهُ حتى بَقِيَتْ نَعْلَاهُ فقال ابو عبيدة إِنَّ هذا لا يَصْلُحُ إِلَّا بهذا فَأَخَذَ نَعْلَيْهِ وَأَعْطَاهُ نَعْلًا ثم قَدِمَ خالد على عُمَرَ ٱلْمَدِينَةَ حين عَزَلَهُ ☆

حدّثنا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن محمد بن اسحق عن محمد بن عَطَاء عن سليمن بْنِ يَسَارٍ قال كان عمر كُلَّمَا مَرَّ بِخَالِدٍ قال يا خالد أَخْرِجْ مَالَ ٱللَّهِ من تَحْتِ ٱسْتِكَ فيقول والله مَا عِنْدِى مِنْ مَالٍ فلما أَكْثَرَ عليه عُمَرُ قال له خالد يا امير المومنين ما قِيمَةُ مَا أَصَبْتُ فِى سُلْطَانِكُمْ أَرْبَعِينَ أَلْفَ دِرْهَمٍ فقال عُمَرُ قد أَخَذْتُ تِلْكَ منك باربعين الف درهم قال هُوَ لَكَ قال قد أَخَذْتُهُ فَحُسِبَ ذلك فَبَلَغَتْ قِيمَتُهُ ثَمَانِينَ أَلْفَ دِرْهَمٍ فَنَاصَفَهُ عُمَرُ فَأَعْطَاهُ اربعين الف درهم وَأَخَذَ ٱلْمَالَ فقيل له يا امير المومنين لَوْ رَدَدْتَ على خالد مَالَهُ فقال إِنَّمَا أَنَا تَاجِرٌ لِلْمُسْلِمِينَ والله لا أَرُدُّهُ عليه أَبَدًا فكان عُمَرُ يَرَى أَنَّهُ قَدِ ٱشْتَفَى من خالد حين صَنَعَ بِهِ ذلك

رَجَعَ ٱلْحَدِيثُ إِلَى حَدِيثِ سَيْفٍ عَنْ أَبِي عُثْمَنَ عن خَالِدٍ وَأَبِي عُبَادَةَ قالا ولما جَآءَ عُمَرَ ٱلْكِتَابُ عن أَبِي عُبَيْدَةَ بالذى يَنْبَغِى أَنْ يَبْدَأَ بِهِ كَتَبَ اليه أَمَّا بَعْدُ فَٱبْدَؤُوا بِدِمَشْقَ وَٱنْهَدُوا فَإِنَّهَا حِصْنُ ٱلشَّأْمِ وَبَيْتُ مَمْلَكَتِهِمْ وَٱشْغَلُوا عنكم أَهْلَ فِحْلٍ بِخَيْلٍ تَكُونُ بِإِزَآئِهِمْ فى حُصُونِهِمْ وَأَهْلَ فِلَسْطِينَ وَأَهْلَ حِمْصَ فَإِنْ

traverat. Itaque simul ut imperium suscepit Omar, primum, de quo egit, hoc fuit, ut Châledum amoveret; dixit enim: „provinciam ille, me imperante, non administrabit unquam.“ Has igitur litteras ad Abu obeidam dedit: „si Châled, se mentitum esse, ipse confitetur, dignitatem suam retinebit; sin, se mentitum esse, non confitetur, ejus dignitas ad te transferetur; quod si fit, cidarim de ejus capite detrahe, ejusque bona cum eo partire pariter.“ De quibus quum Abu obeida Châledum certiorem fecisset, hic: „comperendina me, inquit, ut cum sorore rem meam consulam.“ Quod quum ei concessisset Abu obeida, Châled sororem convenit, Fâtimam bint el walîd, quae apud El hârethum ben heschâm commorabatur; cui rem exposuit. Tum illa: „per Deum, inquit, Omar tibi non favebit unquam; jam hoc tantum efficere vult, ut, te mentitum esse, ipse confitearis; deinde te amovebit.“ Quibus auditis, Châled osculum illius capiti fixit, eique: „recte dixisti, per Deum!“ inquit. Itaque in proposito perstitit, atque, se mentitum esse, confiteri noluit. Tum Belâ, servus quidam Abu bekri, Abu obeidam adiit, eique: „quaenam Châledo facere jussus es?“ Cui Abu obeida: „jussit me cidarim ei detrahere, ejusque bona cum eo partiri.“ Itaque omnia ejus bona cum eo partitus est; quumque denique nonnisi ejus soleae reliquae essent, Abu obeida: „haec quidem, inquit, utilitatem non praebet, nisi cum altera conjuncta.“ Sed Châled, utraque solea arrepta, alteram Abu obeidae dedit. Deinde Châled, ad Omarum profectus, El medinam tetendit, posteaquam ille eum a munere amoverat. Haec nobis tradidit Ebn homeid, qui dixit: nobis ea narravit Salama, qui a Mohammede ben ishâk ea acceperat, cui a Mohammede ben atâ tradita fuerant, qui e Soleimâno ben jessâr haec comperêrat. Qui dixit: Omar, quotiescunque in Châledum incidebat, ei dicebat: „o Châled, restitue bona Dei, quae sub natibus tuis posita sunt!“ Ille vero respondebat: „nulla bona habeo.“ Durius denique ab Omaro interpellatus, Châled: „o princeps fidelium, inquit, quae te imperante mihi paravi, quadraginta millia dirhemorum non efficiunt.“ Tum Omar: „equidem ea sumam, si quadraginta millibus dirhemorum ea mihi vendis.“ Cui ille: „tua sunt.“ Igitur Omar: „ea accipio“ inquit. Quae bona quum aestimassent, octoginta millia dirhemorum effecerunt. Itaque dimidium cepit Omar; nam quadraginta millia dirhemorum illi dedit, bona vero ipse retinuit. Nonnulli homines quidem Omaro dixerunt: „o princeps fidelium, utinam Châledo bona sua redderes!“ Sed ille: „ipse nonnisi mercator sum, rebus Moslemorum consulens; itaque illa ei non reddam unquam.“ Censebat autem Omar officio, quantum ad Châledum spectabat, se satisfecisse, his illi inflictis.

Redit narratio ad ea, quae a Seifo tradita sunt, qui ab Abu othmân ea acceperat, cui a Châledo atque Abu obâde tradita fuerant. Qui quidem dixerunt: quum ad Omarum litterae Abu obeidae perlatae essent, quibus sciscitabatur, quaenam regio prima petenda esset, Omar illi rescripsit haec: „Deinde haec scito! Primam petite Damascum, atque in eam irrumpite! ea enim arx Syriae est, illorumque regni caput. Fachlenses vero a vobis propulsate nonnullo equitatu,

فَتَحَهَا ٱللّٰهُ قَبْلَ دِمَشْق فذاك الذى يَجِبُ وَإِنْ تَأَخَّرَ فَتْحُهَا حتى يَفْتَحَ ٱللّٰهُ دِمَشْق فَلْيَنْزِلْ بِدِمَشْق من يُمْسِكُ بها وَدَعُوهَا وَٱنْطَلِقْ أَنْتَ وَسَائِرُ ٱلْأُمَرَآء حتى تُغِيرُوا على فِحْلٍ فَإِنْ فَتَحَ ٱللّٰهُ عليكم فَٱنْصَرِفْ أَنْتَ وَخَالِدًا الى حِمْصٍ وَدَعْ شُرَحْبِيلَ وَعَمْرًا وَأَخْلِهِمَا بِٱلْأُرْدُنِّ وَفِلَسْطِينَ وَأَمِيرُ كُلِّ بَلَدٍ وَجُنْدٍ على الناس حتى يَخْرُجُوا من إِمَارَتِهِمْ فَسَرَّحَ أَبُو عُبَيْدَةَ الى فِحْلٍ أَحَدَ عَشَرَ قُوَّادًا أَبَا ٱلْأَعْوَرِ ٱلسُّلَمِيَّ وَعَبْدَ ٱلرَّحْمٰنِ بْنَ زَيْدِ بْنِ عَامِرٍ الحَرَشِيَّ وَعَامِرَ بْنَ حَثْمَةَ وَعَمْرَو بْنَ كُلَيْبٍ مِنْ يَحْصُبَ وَعُمَارَةَ بْنَ ٱلصَّعِقِ بْنِ كَعْبٍ وَصَيْفِيَّ بْنَ عُلْبَةَ بْنِ شَامِلٍ وعمرو بن فلان والحَبِيبَ بْنَ عَمْرٍو وَوُلَيْدَةَ بْنَ عَامِرِ بْنِ خَثْعَمَةَ وَبِشْرَ بْنَ عِصْمَةَ وَعُمَارَةَ بْنَ مَخْشِيٍّ قَائِدَ ٱلنَّاسِ وَمَعَ كُلِّ رَجُلٍ قُوَّادٌ وَكَانَتِ ٱلرُّؤَسَآء تكون من الصحابة حتى لا يَجِدُوا مَنْ يَحْتَمِلُ ذلك فَسَارُوا من ٱلصُّفَّرِ حتى نَزَلُوا قَرِيبًا من فِحْلٍ فلما رَأَتِ ٱلرُّومُ أَنَّ ٱلْجُنُودَ تُرِيدُهُمْ بَثَقُوا ٱلْمِيَاهَ حَوْلَ فِحْلٍ فَأَرْدَغَتِ ٱلْأَرْضُ ثم وَحِلَتْ وَٱغْتَمَّ المسلمون من ذلك فَحَبَسُوا عن المسلمين بها ثلثين الف فارس وَكَانَ أَوَّلَ مَحْصُورٍ بِٱلشَّامِ أَهْلُ فِحْلٍ ثم اهل دمشق وَبَعَثُوا ٱلْأُمَرَآء وَبَعَثَ أَبُو عُبَيْدَةَ ذَا ٱلْكَلَاعِ حتى كان بين دِمَشْق وَحِمْصٍ رِدْءًا وَبَعَثَ عَلْقَمَةَ بْنَ حُكَيْمٍ وَمَسْرُوقًا وَكَانَا بين دمشق وفلسطين وَٱلْأَمِيرُ يَزِيدُ فَفَصَلَ وَفَصَلَ بابى عبيدة من ٱلْمَرْجِ وَقَدِمَ خَالِدُ بن الوليد وَعَلَى مُجَنِّبَتَيْهِ عمرو وابو عبيدة وعلى الخيل عِيَاضٌ وعلى ٱلرَّجْلِ شُرَحْبِيلُ فَقَدِمُوا على دمشق وعليهم نَسْطَاسُ بْنُ نِسْطُوسٍ فَحَصَرُوا اهل دمشق وَنَزَلُوا حَوَالَيْهَا فكان ابو عبيدة على ناحية وَعَمْرٌو على نَاحِيَةٍ وَيَزِيدُ على ناحية وَهِرَقْلُ يَوْمَئِذٍ بِحِمْصٍ ومدينة حمص بينه وبينهم فَحَاصَرُوا أَهْلَ دِمَشْق نَحْوًا من سَبْعِينَ لَيْلَةً حصارًا شديدًا بِٱلزُّحُوفِ وَٱلتَّرَامِى وَٱلْمَجَانِيقِ وهم مُعْتَصِمُونَ بالمدينة يَرْجُونَ ٱلْغِيَاثَ وَهِرَقْلُ منهم قريب وقد ٱسْتَمَدُّوهُ وَذُو ٱلْكَلَاعِ بين المسلمين وبين حِمْصٍ على راس ليلة من دِمَشْق كَأَنَّهُ يُرِيدُ حِمْصًا وَجَآءَتْ خُيُولُ هِرَقْلَ مُغِيثَةً لاهل دمشق فَأَشْجَتْهَا ٱلْخُيُولُ التى مع ذى الكلاع وَشَغَلَتْهَا عن الناس فَأَرَزُوا وَنَزَلُوا بِإِزَآئِهِ وَأَهْلُ دمشق على حالهم فلما أَيْقَنَ اهل دمشق أَنَّ ٱلْأَمْدَادَ لا تَصِلُ اليهم فَشِلُوا وَوَهَنُوا وَأَبْلَسُوا وَٱزْدَادُوا المسلمون فيهم طَمَعًا وقد كانوا يَرَوْنَ

qui illis opponatur, iugulis eorum instante, itemque Palaestinenses atque Himssenses. Si Deus illam urbem vobis subjicit ante Damascum captam, peropportunum hoc erit. Si vero illius urbis expugnatio lentius procedit quoad Damascus expugnata erit, tum Damasci quidem maneant qui eam teneant; ceteri vero inde abeant, tuque ipse cum ceteris ducibus in Fachlam incurre. Quam si Deus vobis subjicit, inde cum Châledo ad Himssam perge. Schorachbilum vero, Amrumque, in terra Jordanensi ac Palaestina relinque. Qui singulis provinciis agminibusque praefecti sunt, militibus praesint, donec ex ipsorum praefectura egressi erunt." Itaque Abu obeida ad Fachlam versus emisit duces undecim, Abul awarum Soleimitam, Abd erraehmânum ben seid ben âmer Haraschitam, Amerum ben hathma, Amrum ben koleib Jachsubitam, Omâram ben essaëk ben kaab, Ssaifium ben olajja ben schâmil, Amrum ben fulân, El habibum ben amr, Woleidam ben âmer ben ehathama, Bischrum ben isma, atque Omâram ben machschî, militum ducem. Singulis viris duces adjuncti erant. Praefecti ex familiaribus prophetae sumti sunt, quoad nullum reperirent, qui hoc officium susciperet. Tum ex Essoffaro profecti, prope Fachlam castra posuerunt. Graeci vero, quum agmina illa in se progredi viderent, ripas aquarum perruperunt; unde solum coenosum factum, ac mox in lutum conversum est. Quod Moslemis multum incommodi adtulit; Graeci enim ea re triginta millia equitum a Moslemis intercluserunt. Primi in Syria obsidio pressi sunt Fachlenses, deinde Damasceni. Iterum igitur principes emissi sunt. Abu obeida enim Dsul kelâum emisit, ut inter Damascum et Himssam constitutus praesidio esset; porro Alkamam ben hokeim ac Mesrûkum emisit, qui inter Damascum et Palaestinam versabantur; atque principem Jesidum. Qui in iter se dedit, cum Abu obeida ex El mardsch profectus. Accessit eo etiam Châled ben el walid; cujus alis Amr atque Abu obeida praeerant; equitibus praefectus erat Jjâd, peditibus Schorachbîl. Sic ad Damascum adgressi sunt, quam tenebat Nestâs ben nestûs. Obsidione Damascenos jam cincturi, castra circa urbem posuerunt; unum latus Abu obeida occupavit, alterum Amr, aliud Jesid. Heraclius illo tempore in provincia Himssensi commorabatur; urbs Himssa inter ipsum et Moslemos interposita erat. Obsidione Damascenos acriter presserunt per septuaginta circiter noctes, continuo in urbem irruentes, atque jaculantes, machinisque usi. Graeci vero urbem fortiter tuebantur; suppetias enim adfuturas esse sperabant, quum Heraclius in propinquo esset, a quo subsidium jam petierant. Sed Dsul kelâ, inter Moslemos atque Himssam subsistens, unius noctis cursu a Damasco aberat, quasi Himssam petiturus esset. Itaque Heraclii equitatui, qui, Damascenis suppetias laturus, accessit, equites Dsul kelâi multum incommodi intulerunt, illumque a Moslemis propulsarunt. Substiterunt igitur, castris ex illius regione positis; Damasceni vero eadem, qua antea, conditione utebantur. Qui quum, suppetias ad se pervenire non posse, cognovissent, animis ceciderunt, metu perculsi, moxque de salute desperarunt. Moslemi contra majori indies ardore incendebantur. Graeci enim obsidionem ejusdem generis futuram esse putaverant, quales expeditiones fuerant antea susceptae; e quibus,

أَنَّهَا كَٱلْغَارِيَاتِ قبل ذلك اذا هَجَمَ ٱلْبَـرْدُ فَقَلَ ٱلنَّاسُ فَسَقَطَ ٱلنَّجْمُ والقـوم مُقِيمُـونَ فعند ذلك ٱنْقَلَـعَ رَجَآؤُهُمْ وَنَدِمُـوا على دخـول دمشق وَوُلِدَ لِلْبِطْـرِيقِ الذى على اعـل دمشق مَـوْلُـودٌ فَصَنَـعَ عليه فَأَكَلَ ٱلْقَـوْمُ وَشَـرِبُـوا وَغَفَلُـوا عن مَـوَاقِفِهِمْ ولا يَشْعُـرُ بِذَلِـكَ أَحَدٌ من المسلمين إِلَّا ما كان من خَالِدٍ فَإِنَّهُ كان لا يَنَامُ ولا يُنِيمُ ولا يَخْفَى عليه من امـورهم شى عُيُـونُهُ ذَاكِيَةٌ وهـو مُعَـنًّى بمـا يَلِيهِ قد ٱتَّخَذَ حِبَـالًا كَهَيْئَةِ ٱلسَّلَالِيمِ وَأَوْهَاقًـا فلما أَمْسَى من ذلـك اليـوم نَهَـدَ ومن معـه من جُنْـدِهِ الـذين قَدِمَ بـهم عليـهم وَتَقَدَّمَهُمْ هـو والقعقـاع بن عمـرو وَمَـذْعُورُ بْنُ عَدِيٍّ وَأَمْثَـالُـهُ من اصحـابـه فى أَوَّلِ يَـوْمِـهِ وقالـوا اذا سمعتم تَكْبِيـرَنَـا على ٱلسُّـورِ فَٱرْقَـوْا الينا وَٱنْهَدُوا الى البـاب فلما ٱنْتَهَـى الى البـاب الـذى يَلِيهِ هـو واصحابـه ٱلْمُتَقَـدِّمُـونَ رَمَـوْا بِـٱلْحِبَـالِ ٱلشُّـرَفَ وعلى ظهـورهم ٱلْقِـرَبُ التى قَطَعُـوا بـهـا خَنْـدَقَهُمْ فلما ثَبَتَ لهم وَهَقَانِ تَسَلَّـقَ فيهما القعقـاع وَمَـذْعُـورٌ ثم لـم يَدَعَـا أُحْبُـولَـةً الا ثَبَّتَاهَا وَٱلْأَوْهَاقَ بِٱلشُّـرَفِ وكان المكان الـذى ٱقْتَحَمُـوا منـه أَحْصَنَ مَكَانٍ يُحِيطُ بِدِمَشْقَ أَكْثَرَهُ مَـآءً وَأَشَدَّهُ مَدْخَلًا وَتَوَافَوْا لذلك فلم يَبْقَ ممن دخل معه الا رَقِيَ او دَنَا من الباب حتى اذا ٱسْتَـوَوْا على ٱلسُّـورِ حَدَّرَ عَامَّةَ أَصْحَابِهِ وَٱنْحَدَرَ معهم وَخَلَّفَ من يَحْمِى ذلك المكان لمن يَـرْتَقِى وَأَمَرَهُمْ بالتكبيـر فَكَبَّرَ الذين على راس ٱلسُّورِ فَنَهَدَ المسلمـون الى الباب ومال الى الحِبَالِ بَشَرٌ كَثِيـرٌ فَوَثَبُوا فيها وَٱنْتَهَى خالد الى من يَلِيهِ فَأَنَامَهُمْ وَٱنْحَدَرَ الى الباب فَقَتَلُـوا ٱلْبَوَّابِينَ وَثَارَ اهل المدينة وَفَـزِعَ سَائِـرُ الناس فَأَخَذُوا مواقفهم ولا يَدْرُونَ مـا ٱلشَّأْنُ وَتَشَاغَلَ أَهْلُ كُلِّ نَاحِيَةٍ بما يَلِيهِمْ وَقَطَـعَ خالد بن الـوليد ومن معه أَغْلَاقَ ٱلْبَابِ بالسيوف وَفَتَحُوا للمسلمين وَأَقْبَلُوا عليهم من دَاخِلٍ حتى ما بَقِيَ مِمَّا يَلِي بـابَ خَالِدٍ مُقَاتِلٌ إِلَّا أُنِيمَ ولما شَدَّ خالد على مَنْ يَلِيهِ وَبَلَـغَ منهم الذى أَرَادَ عَنْـوَةً وَأَرَزَ مَنْ أَفْلَتَ الى الابـواب التى تَلِي غَيْـرَهُ وقد كان المسلمـون دَعَوْهُمْ الى ٱلْمُـنَاصَـرَةِ فَأَبَـوْا وَٱبْعَدُوا فَلَمْ تَفْجَأْهُمْ إِلَّا وَهُمْ يَبُـوحُـونَ لهم بِٱلصُّلْحِ فَأَجَابُـوهُمْ وَقَبِلُـوا منهم وفتحوا لهم الابـواب وقالـوا ٱدْخُلُـوا فَٱمْنَعُـونَا من اهل ذلك الباب وَدَخَلَ اهل كُلِّ باب بِصُلْـحٍ مِمَّنْ

frigore ingruente, homines decedere solebant. Qoum vero astrum occidisset, atque homines obsidentes tamen locum tenerent, spem abjecerunt, atque, quod Damascum se receperint, poenitendum putarunt. Tum vero patricius ille, qui Damascenis praeerat, propter filium sibi natum epolas instruxit; unde factum est, ut milites comissarentur jam, ac compotarent, stationibus relictis. Quod nemo omnium Moslemorum, nisi solus Châled, comperit. Ipse enim neqoe somnum capiebat, neque alios dormitare sinebat; quo fiebat, ut nihil eorum, quae ad res hostiom spectarent, eum laterent. Oculos acutos habebat, animumque intentum ad rem, cui praeerat. Itaque postea quam funes, in speciem scalarum connexos, restesque, paravit, ad vesperum cum nonnullis eorum militom, quos ad eos adduxerat, prodiit. Praeibant ipse Châled, atque El kakâa ben amr, et Medsûr ben adi, aliique ejus socii, qui a primo tempore ex ejus familiaribus fuerant. Qui quidem ceteris: „ut primum, inquiunt, nos Deum in moro invocantes audietis, ad nos adscendite, atque portam adgredimini!" Châled vero, ejusque comites, qui praeibant, quum ad portam proximam pervenissent, funes in pinnas jactarunt; in tergo ipsi otres gerebant, quibuscum fossam trajecerant. Simul ac restes duae pinnis haeserunt, El kakâa atque El medsûr, iis suspensi, in altum adscenderunt, funesque omnes, restesque, pinnis fixerunt, quanquam locus ille, e qoo jam irrumpebant, in toto Damasci circuitu monitissimus omnium erat, atque multa aqua prae ceteris defensus, difficillimusque aditu. Tum, adfluentibus Moslemis frequentibus, qui cum Châledo accesserant omnes partim in altum adscenderunt, partim portam adgressi sunt. Qoum in murum adscendissent, plurimam comitum partem Châled in urbem descendere jussit, ipseque cum iis descendit; post se vero nonnullos reliqoit, qui hunc locom iis, qui adscenderent, tuerentur, Deumque invocare eos jussit. Itaque, qui in summo muro stabant, alta voce Deom invocarunt; quo audito, Moslemi statim portam adgressi sunt, multique eorum etiam ad funes adcurrerunt, iisque adscendere coeperunt. Châled interea ad proximos hostes progressus, eos peremit; deinde, quum ad portam descendisset, janitores obtruncarunt. Jam vero incolae urbis excitabantur, terrore perculsi; stationes eorum occupatae erant, neqoe ipsi, quid ageretur, sciebant; singulorum vicorum homines hostibus, quos proximos quisqoe habebat, distinebantor. Tum Châled ben el walid, ejusque comites, pessulos portae obditos gladiis disciderunt, foresque accurrentibus Moslemis aperuerunt, ex urbe obviam illis prodeuntes; milites vero, qui hanc portam, Châledo vicinam, tuiti erant, interfecti sunt omnes. Hoc modo, quom Châled hostibus sibi proximis supervenisset, eosque vi, sicut vellet, profligasset, Graeci vero, qoi effugerent, ad portas, quae ceteris ducibus propinquiores essent, se recepissent, ibique a Moslemis ad certamen provocarentur, ipsi hoc recusarunt, promissa facientes. Neque Moslemi io Graecos impetum fecerunt, quin hi de pace agerent. Itaqoe consentientes Moslemi pacem propositam admiserunt; quo facto, Graeci illis portas aperuerunt, clamitantes: „intrate jam, nosque ab hominibus, qui per illam portam irruperunt, defendite!" Igitur suam quaeque Moslemorum cohors portam intravit, hostibus con-

يَلِيهِمْ ودخل خالد مِمّا يَلِيهِ عَنْوَةً فَٱلْتَقَى خَالِدٌ وَٱلْقُوّادُ فى وسطها هذا ٱسْتِعْرَاضًا وَٱنْتِهَابًا وهذا صُلْحًا وَتَسْكِينًا فَأَجْرُوا نَاحِيَةَ خَالِدٍ مَجْرَى ٱلصُّلْحِ فصار صُلْحٌ وكان صُلْحُ دِمَشْقَ على ٱلْمُقَاسَمَةِ ٱلدِّينَارِ وَٱلْعَقَارِ وَدِينَارٌ على كلّ راس فاقتسموا ٱلْأَسْلَابَ فكان اصحاب خالد فيها كاصحاب سائر ٱلْقُوّادِ وَجَرَى على الديار مَنْ بَقِىَ فى الصلح جَرِيبٌ من كُلِّ جَرِيبِ أَرْضٍ وَوَقَفَ ما كان للملوك وَمَنْ صَوَّبَ مَعَهُمْ فَيْئًا وَقَسَمُوا لِذِى ٱلْكَلَاعِ ومن معه وَلِأَبِى ٱلْأَعْوَرِ ومن معه وَلِبَشِيرٍ ومن معه وَبَعَثُوا بِٱلْبِشَارَةِ الى عُمَرَ وَقَدِمَ على ابى عبيدة كِتَابُ عُمَرَ بِأَنِ ٱصْرِفْ جُنْدَ العراق الى العراق وَأْمُرْهُمْ بِٱلْحَثِّ الى سَعْدِ بن مالك فَأَمَّرَ على جند العراق هَاشِمَ بْنَ عُتْبَةَ وعلى مُقَدِّمَتِهِ ٱلْقَعْقَاعَ بْنَ عَمْرٍو وعلى مُجَنِّبَتَيْهِ عَمْرَو بْنَ مَالِكٍ ٱلزُّهْرِىَّ وَرِبْعِىَّ بْنَ عَامِرٍ وَضَرَبُوا بعد دمشق نَحْوَ سَعْدٍ فَخَرَجَ هَاشِمٌ نَحْوَ العراق فى جند العراق وَخَرَجَ ٱلْقُوّادُ نَحْوَ فِحْلٍ وَأَصْحَابُ هَاشِمٍ نَحْوُ عَشَرَةِ آلَافٍ إِلَّا مَنْ أُصِيبَ منهم فَأَتَمُّوهُمْ بِأُنَاسٍ مِمَّنْ لم يَكُنْ منهم وهم قَيْسٌ وَٱلْأَشْتَرُ وَخَرَجَ عَلْقَمَةُ وَمَسْرُوقٌ الى إِيلِيَاءَ وَنَزَلَا على طريقها وَبَقِىَ بِدِمَشْقَ مَعَ يَزِيدَ بن أَبِى سُفْيَنَ مِنْ قُوّادِ أَهْلِ ٱلْيَمَنِ عَدَدٌ عَمْرُو بْنُ شِمْرِ بْنِ غَزِيَّةَ وَسَهْمُ بْنُ ٱلْمُسَافِرِ بْنِ هَزْمَةَ وَمُشَافِعُ بن عبد الله بن شافع وَبَعَثَ يَزِيدُ دِحْيَةَ بْنَ خَلِيفَةَ ٱلْكَلْبِىَّ فى خيل بعد ما فُتِحَ دِمَشْقُ الى تَدْمُرَ وَأَبَا ٱلزَّاهِرِيَّةِ ٱلْقُشَيْرِىَّ الى ٱلْبَثَنِيَّةِ وَحَوْرَانَ فصالحوهما على صُلْحِ دِمَشْقَ وَوَلِيَا ٱلْقِيَامَ على فَتْحِ ما بُعِثَا اليه

وَقَالَ مُحَمَّدُ بْنُ إِسْحَقَ كان فتح دمشق فى سَنَةِ أَرْبَعَ عَشْرَةَ فى رَجَبٍ وقال ايضا كَانَتْ وَقْعَةُ فِحْلٍ قَبْلَ دِمَشْقَ وَإِنَّمَا صار الى دمشق نَافِضَةُ فِحْلٍ وَٱتَّبَعَهُمُ المسلمون اليها وَزَعَمَ أَنْ وَقْعَةَ فِحْلٍ كانت سَنَةَ ثَلَثَ عَشْرَةَ فى ذِى ٱلْقَعْدَةِ منها حَدَّثَنَا بِذَلِكَ ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عنه ☆ وَأَمَّا ٱلْوَاقِدِىُّ فَإِنَّهُ زَعَمَ أَنَّ فَتْحَ دِمَشْقَ كان سَنَةَ أَرْبَعَ عَشْرَةَ كما قال ابن اسحق وَزَعَمَ أَنْ حِصَارَ المسلمين لها كان سِتَّةَ أَشْهُرٍ وَزَعَمَ أَنَّ وَقْعَةَ ٱلْيَرْمُوكِ كانت فى سنة خَمْسَ عَشْرَةَ وَزَعَمَ أَنْ هِرَقْلَ جَلَا فى هذه السنة بعد وقعة اليرموك فى شَعْبَانَ .

cedentibus; Châled vero partem suam vi occupavit. Mox in media urbe Châled, ceterique duces, concurrerunt, atque ille quidem cum caede ac rapina procedens, hi vero pacifici ingressi, quietemque restituentes. Tum, quum ii quoque, qui in parte a Châledo occupata aderant, ad pacificationem adducti essent, pax composita est. Quae Damascenis ea conditione concessa est, ut ipsi dimidiam pecuniae supellectilisque partem Moslemis cederent; porro in singula capita tributum unius dinâri impositum est. Praedas deinde inter se partiti sunt; e quibus, quantum ceterorum ducum milites, tantundem milites Châledi acceperunt. Agris, qui in pace manerent, modius frumenti impositus est, pro singulis modiis, qui seminarentur, dandus. Vectigal quoque mansit, quod regibus, iisque, qui cum iis accedere solebant, pendebatur. Praedae participes fecerunt Dsul kelâum, ejusque milites, Abul awarum, ejusque milites, ac Beschirum, ejusque milites. Omarum per nuntium de victoria parta certiorem fecerunt. Tum ad Abu obeidam hac litterae perlatae sunt, ab Omaro datae: „milites Irâkenses in El irâkam remitte, eosque ad Saadum ben mâlek properare jube!" Itaque ille militibus Irâkensibus Hâschemum ben otba praefecit, primo agmini vero El kakâam ben amr, alis Amrum ben mâlek Sohritam, et Ribium ben âmer; qui post Damascum captam ad Saadum tetenderunt. Igitur Häschem cum militibus Irâkensibus in El irâkam profectus est, ceteri duces vero ad Fachlam accesserunt. Militum Häschemi decem circiter millia fuerant; qui quum plures amisissent, numerum eorum expleverunt hominibus nonnullis additis, qui antea ex iis non fuerant, id est Kaisso atque El aschtaro. Alkama et Mesrûk vero ad Ilijam versus profecti, in via, quae eo fert, castra posuerunt. Damasci cum Jesido ben abi soffjân duces Jemenensium plures manserunt, ut Amr ben schimr ben gasijje; Sahm ben el mossâfir ben hasama, ac Moschâfi ben abd alla ben schâfi. Jesid post Damascum captam Dichjam ben chalifa Kelbitam cum nonnullis equitibus in Tadmoram, Abu sâherijjam Koscheiritam vero in El bathnijjam ac Haurânam emisit. Qui eadem conditione, quae Damascenis imposita erat, his locis pacem concesserunt, idque strenuam operam dederunt, ut, in quas emissi fuerant, terras subjicerent.

Dixit Mohammed ben ishâk: expugnata est Damascus anno quarto decimo, mense Redscheb. Atque addit idem: proelium ad Fachlam commissum est ante Damascum captam; nam Damascum se non contulerant, nisi qui ex Fachla aufugerant, quos insequuti Moslemi, illuc tetenderunt. Traditque ille, proelium ad Fachlam commissum esse anno tertio decimo, mense Dsul kaada; quod quidem mihi narravit Ebn homeid, qui dixit: mihi hoc narravit Salama, qui id ab illo acceperat. Atque El wâkedi anno quarto decimo Damascum captam esse perhibet, quemadmodum hoc idem tradit Ebn ishâk, Moslemosque per sex menses obsidio eam pressisse. Porro ille proelium ad Jarmûkum anno quinto decimo factum esse perhibet, eodemque anno Heraclium post proelium ad Jarmûkum commissum, et quidem mense Schaabâno, ex Antiochia reversum esse

من أَنْطَاكِيَةَ الى قُسْطَنْطِينِيَّةَ ولمْ يَكُنْ بعد اليرموك وَقْعَةٌ ۞ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَقَدْ مَضَى ذِكْرِى ما رُوِىَ عن سَيْفٍ عَمَّنْ رَوَى عنه أَنَّ وقعة اليرموك كانت فى سنة ثَلَاثَ عَشْرَةَ وَأَنَّ فَحْلًا كانت بعد دِمَشْق وَأَنَّ حُرُوبًا بعد ذلك كانت بينهم أَعْنِى بين المسلمين والروم سَأَذْكُرُهَا فى مَوَاضِعِهَا ۞ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وفى هذه السنة أَعْنِى سَنَةَ ثَلَاثَ عَشْرَةَ وَجَّهَ عُمَرُ بْنُ الْخَطَّابِ أَبَا عُبَيْدِ بْنَ مَسْعُودٍ ٱلثَّقَفِىَّ نحو العراق وفيها ٱسْتُشْهِدَ فى قول ٱلْوَاقِدِىِّ وَأَمَّا ٱبْنُ ٱسْحَقَ فَإِنَّهُ قال كان يَوْمُ الْجِسْرِ جِسْرِ أَبِى عُبَيْدِ بْنِ مَسْعُودٍ ٱلثَّقَفِىِّ فى سنة أَرْبَعَ عَشْرَةَ

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَنَذْكُرُ ٱلْآنَ أَمْرَ فَحْلٍ إِذ كان فى الْخَبَرِ الذى كان فيه من الاختلاف من فُتُوحِ جُنْدِ ٱلشَّأْمِ ومن ٱلْأُمُورِ التى تُسْتَنْكَرُ وُقُوعُ مِثْلِ ٱلْاِخْتِلَافِ الذى ذَكَرْتُهُ فى وَقْتِهِ لِقُرْبِ بَعْضِ ذلك من بَعْضٍ وَأَمَّا ما قال ٱبْنُ إِسْحَقَ من ذلك وَقَصَّ من قِصَّتِهِ فقد تَقَدَّمَ ذِكْرِيهِ قَبْلُ

غَزْوَةُ فَحْلٍ ۞ حَدَّثَنِى فى حَدِيثِ سَيْفٍ الذى ذَكَرْتُهُ عنه آنِفًا عن أَبِى عُثْمَنَ يَزِيدَ بْنِ أَسِيدٍ ٱلْغَسَّانِىِّ وَأَبِى حَارِثَةَ ٱلْعَبْشَمِىِّ قالا خَلَّفَ ٱلنَّاسُ بعد فتح دمشق يَزِيدَ بْنَ أَبِى سُفْيَنَ فى خيله فى دمشق وَسَارُوا نَحْوَ فَحْلٍ وعلى الناس شُرَحْبِيلُ بْنُ حَسَنَةَ فَبَعَثَ خالدا على ٱلْمُقَدِّمَةِ وَعَمْرًا على مُجَنِّبَتَيْهِ وعلى الخيل ضِرَارُ بْنُ ٱلْأَزْوَرِ وعلى ٱلرَّجْلِ عِيَاضٌ وَكَرِهُوا أَنْ يَصْمُدُوا لِهِرَقْلَ وَخَلْفَهُمْ ثَمَانُونَ أَلْفًا وَعَلِمُوا أَنَّ مَنْ بِإِزَآءِ فَحْلٍ جُنَّةُ ٱلرُّومِ واليهم ينظرون وَأَنَّ الشام بعدهم سِلْمٌ فلما ٱنْتَهَوْا الى أَبِى ٱلْأَعْوَرِ قَدَّمُوهُ الى طَبَرِيَّةَ فَحَاصَرَهُمْ ونزلوا على فَحْلٍ من ٱلْأُرْدُنِّ وقد كان اهل فَحْلٍ حين نزل بهم أَبُو ٱلْأَعْوَرِ تَرَكُوهُ وَأَرَزُوا الى بَيْسَانَ فنزل شرحبيل بالناس فَحْلًا والروم بِبَيْسَانَ وبينهم وبين المسلمين تلك ٱلْمِيَاهُ وَٱلْأَوْحَالُ وَكَتَبُوا الى عُمَرَ بالخبر وهم يحدّثون أَنْفُسَهُمْ بالمقام ولا يريدون ان يَرِيمُوا فَحْلًا حتى يرجع جَوَابُ كِتَابِهِمْ مِنْ عِنْدِ عُمَرَ فلا يستطيعون ٱلْإِقْدَامَ على عَدُوِّهِمْ لِمَوْضِعِ تلك الاوحال وكانت العرب تُسَمِّى تِلْكَ ٱلْغَزَاةَ فَحْلًا غَزَاةَ ذَاتِ ٱلرَّدَغَةِ وَبَيْسَانَ فَأَصَابَ المسلمون من رِيفِ ٱلْأُرْدُنِّ أَفْضَلَ مِمَّا فيه المشركون مَادَّتُهُمْ مُتَوَاصِلَةٌ وَخِصْبُهُمْ رَغَدٌ فَٱغْتَرَّهُمُ ٱلْقَوْمُ وعلى القوم سِقْلَارُ بْنُ مِخْرَاقٍ وَرَجَوْا ان يكونوا

Constantinopolim; neque post Jarmûkensem pugnam factum esse proelium. Dicit Abu dschafer: supra commemoravi quae a Seifo tradita narrantur, qui a magistris suis ea acceperat, id est, proelium Jarmûkense anno tertio decimo editum esse, Fachlense vero post Damascum captam, aliisque postea eos, Moslemos dico ac Graecos, decertasse proeliis; quae quidem suis locis infra exponam. Porro Abu dschafer addit: eodemque anno, id est tertio decimo, Omar ben el chattâb in El irâkam emisit Abu obeidum ben mesûd Thakîfitam, qui, ut El wâkedi fert, eodem anno in proelio cecidit. Ebn ishâk vero proelium ad pontem, pontem dico Abu obeidi ben mesûd Thakîfitae, anno quarto decimo commissum esse perhibet.

Dicit Abu dschafer: iam hoc loco rem ad Fachlam gestam exponam, quoniam in narrationem, in qua haec res traditur, quantum sententias diversas, quae de victoriis in Syriam reportatis, aliisque factis eruendis, proponuntur, quidem adtinet, diversitas illa ad tempus rei gestae spectans, quam supra commemoravi, ideo cadit, quia facta haec tempore inter se propinqua edita sunt. Quae vero Ebn ishâk de hac re tradit atque enarrat, supra adposui.

Expeditio Fachlensis. Haec ille mihi tradidit in narratione a Seifo accepta, quam antea prodidi, quamque Seifus ab Abu othmân jesid ben assid Gassânita, atque Abu hâretha Atabita acceperat. Qui quidem dixerunt: exercitus post Damascum captam Jesîdum ben abi sofjân cum equitatu suo in ipsa Damasco constitutum reliquit, atque ad Fachlam tetendit. Dux exercitus erat Schorachbil ben hassana, qui primo agmini Châledum praefecit, alis vero Amrum; equitibus Derâr ben el aswar praeerat, peditibus Ijâd. Ipsum Heraclium, octoginta millia hostium a tergo habituri, aggredi nolebant; agmen enim ad Fachlam constitutum totius Graeciae robur esse noverant, ad quod ceteri oculos converterent, eoque profligato, Syriam ad pacem recursuram esse. Itaque, quum ad Abul awarum pervenissent, eum ad Taberijjam praemiserunt, quam obsidio cinxit. Deinde e terra Jordanensi ad Fachlam accesserunt; Fachlenses vero, quum Abul awar castra ibi posuisset, loco relicto, Beissânam se receperant. Igitur Schorachbil cum exercitu apud Fachlam consedit, Graeci vero ad Beissânam castra posuerunt; unde factum est, ut aquae illae, locique lutosi, inter eos ac Moslemos interpositi essent. Moslemi, litteris missis, Omarum de his rebus certiorem fecerunt; ipsi vero eo loco ut subsisterent, neque, quoad responsum ab Omaro relatum esset, ab Fachla discederent, constituerunt. In hostes propter locum illum lutosum progredi non poterant; quam ob rem Arabes hanc expeditionem vocabant Fachlam, expeditionem coenosam, ac Beissânam. Occuparunt vero Moslemi agri Jordanensis partem, quae praestantior erat, quam in qua polytheistae consederant; unde fiebat, ut ipsi subsidia continua acciperent, pabulique magnam copiam haberent. Tum hostes, quibus Siklâr ben michrâk praeerat, ex improviso Moslemis supervenire voluerunt, spe ducti, fore, ut hi imprudentes se capi sinerent. Itaque hostes

على غِرَّةٍ فَأَتَوْهُمْ والمسلمون لا يَأْمَنُونَ مَجِيئَهُمْ فَهُمْ على حَذَرٍ وكان شرحبيل لا يبيتُ ولا يُصْبِحُ إلَّا على تَعْبِيَةٍ فلما هَجَمُوا على المسلمين غافَصُوهُمْ فلم يُنَاظِرُوهُمْ وَٱقْتَتَلُوا بِفَحْلٍ كَأَشَدِّ قِتَالٍ اقتتلوه قَبْلَ يَوْمِهِمْ وَلَيْلَتِهِمْ الى الليل فَأَظْلَمَ ٱللَّيْلُ عليهم وقد حاروا وانهزموا وهم حَيَارَى وقد أُصِيبَ رَئِيسُهُمْ سِقْلَارُ بْنُ مِخْرَاقٍ والذى يَلِيهِ فيهم نَسْطُورُسُ وَظَفِرَ المسلمون أَحْسَنَ ظَفَرٍ وَأَهْنَأَهُ وَرَكِبُوهُمْ وهم يرون انهم على قَصْدٍ وَجَدَدٍ فَوَجَدُوهُمْ حَيَارَى لا يعرفون مَأْخَذَهُمْ فَأَسْلَمَتْهُمْ هَزِيمَتُهُمْ وَحَيْرَتُهُمْ الى ٱلْوَحَلِ فَرَكِبُوهُ وَلَحِقَ أَوَائِلُ المسلمين بهم وقد وَحِلُوا فَرَكِبُوهُمْ وما يمنعون يدَ لامِسٍ فَوَخَزُوهُمْ بالرماح فكانت الهزيمة فى فَحْلٍ وكان مَقْتَلُهُمْ فى ٱلرَّدَاغِ فَأُصِيبَ ٱلثَّمَانُونَ أَلْفًا لم يُفْلِتْ منهم الا الشريد وكان الله يصنع للمسلمين وهم كارهون كَرِهُوا ٱلْبُثُوقَ فكانت عَوْنًا لهم على عدوهم وَأَنَاةً من الله لِيَزْدَادُوا بَصِيرَةً وَجِدًّا واقتسموا ما أَفَاءَ الله عليهم وَٱنْصَرَفَ ابو عبيدة بِخَالِدٍ من فَحْلٍ الى حِمْصَ وَصَرَفُوا سُمَيْرَ بْنَ كَعْبٍ معهم وَمَضَوْا بِذِى ٱلْكَلَاعِ ومن معه وَخَلَّفُوا شُرَحْبِيلَ ومن معه

ذِكْرُ بَيْسَانَ ❁ وَلَمَّا فَرَغَ شرحبيل من وَقْعَةِ فَحْلٍ نَهَدَ فى الناس ومعه عَمْرٌو الى اهل بَيْسَانَ فنزلوا عليهم وَأَبُو ٱلْأَعْوَرِ وَٱلْقُوَّادُ معه على طَبَرِيَّةَ وقد بلغ أَفْنَاءَ أَهْلِ ٱلْأُرْدُنِّ ما لَقِيَتْ دِمَشْقُ وما لَقِيَ سِقْلَارُ والروم بِفَحْلٍ وفى ٱلرَّدَغَةِ وَمَسِيرَ شرحبيل اليهم ومعه عمرو بن العاص والحرث بن هشام وَسُهَيْلُ بن عمرو يُرِيدُ بَيْسَانَ وَتَحَصَّنُوا بِكُلِّ مكان فسار شرحبيل بالناس الى اهل بيسان فحاصروهم أَيَّامًا ثم انهم خرجوا عليهم فقاتلوهم وَأَنَامُوا من خرج اليهم فَصَالَحَ شُرَحْبِيلَ أَهْلُهَا فقبل ذلك على صُلْحِ دِمَشْقَ

طَبَرِيَّةُ ❁ فَبَلَغَ أَهْلَ طَبَرِيَّةَ الخَبَرُ فَصَالَحُوا أَبَا ٱلْأَعْوَرِ على أَنْ يُبْلِغَهُمْ شرحبيل ففعل فصالحوهم واهل بيسان على صُلْحِ دِمَشْقَ عَلَى أَنْ يُشَاطِرُوا ٱلْمُسْلِمِينَ ٱلْمَنَازِلَ فى المداين وما احاط بها مما يَصِلُهَا فَيَدَعُونَ لهم نِصْفَهَا ويجتمعون

accesserunt; sed Moslemi, de eorum adventu non securi, animum ad cavendum ita attenderunt, ut Schorachbil et noctu, et interdiu, aciem instructam haberet. Simul ut hostes in Moslemos invaserunt, hi ex inopinato illos adorti sunt, neque eos exspectarunt. Itaque ad Fachlam proelium, quod acerrima proelia ante illum diem edita aequipararet, illi ediderunt, usque quo ingrueret nox. Tenebris obortis, hostes jam perturbati erant; mox in fugam conversi sunt, consilii expertes. Perierant enim dux eorum, Siklâr ben michrâk, et, qui illi dignitate proximus erat, Nestûs. Moslemi, victoria praeclarissima, eaque maxime opportuna, potiti, illos persequuti sunt, quos recta via in solo sicco incedere putabant. Sed invenerunt Graecos a consilio destitutos, neque, quo se reciperent, scientes, atque denique fuga ac perturbatione in locum lutosum dejectos. Primum persequentium Moslemorum agmen in illos incidit in luto jam haerentes. Quo loco quum Moslemi in eos invaderent, ipsi, tenebris circumfusi, se non defenderunt; Moslemi vero hastis eos confodiebant. Igitur Graeci ad Fachlam profligati, in locis coenosis vero caesi sunt. Hoc modo octoginta millia illa perierunt, neque sese eripuerunt, nisi profugi dispersi. Quod quidem beneficium Deus Moslemis tribuit quasi aegre ferentibus; nam aegre tulerant inundationes factas. Sed auxilio contra hostes Molemis illae fuerunt, benignitate Dei eum in finem effectae, ut Moslemi plus subsidii ac fortunae inde acciperent. Praeda, quam Deus dederat, dispertita, Abu obeida cum Châledo a Fachla ad Himssam tetendit. Qui Someirum ben kaab sibi adjunxerunt, atque etiam Dsul kelâam, ejusque milites, secum abduxerunt. Schorachbilum vero cum ipsius militibus reliquerunt.

Exponitur expeditio Beissânensis. Schorachbil post proelium ad Fachlam editum cum exercitu, atque assumto Amro, contra Beissânenses progressus est, moxque castra apud eos posuit. Abul awar vero, ducesque, quos secum habebat, Tabarijjam circumsedebant. Gentes Jordanenses rumore tum acceperant, quae urbi Damasco acciderant, quaeque Siklâro Graecisque ad Fachlam atque in loco coenoso, evenerant, atque Schorachbilum jam cum Amro ben el âss, El haretho ben heschâm, et Soheilo ben amr, ipsarum fines petere, ad Beissânam tendentem. Quam ob rem quocunque loco illi munimentis se cinxerunt. Schorachbil, posteaquam cum exercitu ad Beissânenses pervenerat, per aliquot tempus obsidio eos pressit. Deinde, quum contra ipsum egressi essent, cum iis conflixit, eosque, qui egressi erant, confecit. Itaque incolae urbis cum Schorachbilo de pace egerunt; quam iisdem eandem, quam Damascenis, concessit.

De Tabarijja. Quae quum ad incolas Tabarijjae perlata essent, cum Abul awaro ea conditione de pace egerunt, ut ipsos ad Schorachbilum transmitteret. Quo facto, iis ac Beissânensibus pacem, quam Damasceni impetraverant, concesserunt. Quae quidem in eam conditionem convenit, ut dimidiam partem mansionum, quum in oppidis, tum in regione illis ad-

فى ٱلنِّصْفِ ٱلْآخَرِ وَعَنْ كُلِّ رَأْسٍ دِينَارٌ كُلَّ سَنَةٍ وعن كلّ جَرِيبِ أَرْضٍ جَرِيبُ بُرٍّ او شَعِيرٍ أَىَّ ذَلِكَ حَرَثَ وَأَشْيَآءَ فى ذلك صالحوهم عليها وَنَزَلَتِ ٱلْقُوَّادُ وخيولهم فيها وَتَمَّ صُلْحُ ٱلْأُرْدُنِّ وَتَفَرَّقَتِ الامداد فى مداين ٱلْأُرْدُنِّ وَقُرَاهَا وَكُتِبَ الى عمر بالفتح

iacenti, Moslemis cederent, qui dimidiam hanc partem sibi vindicarent, alteram vero communiter cum illis possiderent; utque porro a singulis capitibus dinârus singulis annis penderetur, atque a singulis agri mensuris mensura tritici vel hordei, utrum horum satum esset, atque in sementes concessisset. His igitur conditionibus pace concessa, duces cum equitibus in terra illa consederunt, totaque regio Jordanensis pacata est. Subsidia per oppida ac vicos terrae Jordanensis dispertita sunt, atque Omar de re bene gesta litteris certior factus est.

ذِكْرُ خَبَرِ ٱلْمُثَنَّى بْنِ حَارِثَةَ وَأَبِي عُبَيْدِ بْنِ مَسْعُودٍ ❊ رَوَى عن سَيْفٍ مَنْ ذَكَرْتُ آنِفًا عن محمد بن عبد الله بن سَوَادٍ وَطَلْحَةَ بن الاعلم وزياد بن سَرْجِسَ ٱلْأَحْمَرِيِّ بِإِسْنَادِهِمْ قالوا قال قَدِمَ ٱلْمُثَنَّى بْنُ حَارِثَةَ على ابى بكر سَنَةَ ثَلٰثَ عَشْرَةَ فَبَعَثَ معه بعثا وكان قد نَدَبَهُمْ ثَلٰثًا فلم يَنْتَدِبْ له أَحَدٌ حتى انتدب له أَبُو عُبَيْدٍ ثم سعد بن عبيد وقال ابو عبيد انا لها قال ابو سَلِيطٍ فقيل لِعُمَرَ أَمِّرْ عليهم رَجُلًا له صُحْبَةٌ فقال له عُمَرُ إِنَّمَا فَضْلُ ٱلصَّحَابَةِ بِسُرْعَتِهِمِ الى العدوّ وَكِفَايَتِهِمْ من أَبَى فاذا فَعَلَ فَعَلَهُمْ قَوْمٌ وتثاقلوا كان الذين يَنْفِرُونَ خِفَافًا وَثِقَالًا أَوْلَى بها منهم والله لا أُؤَمِّرُ عليها الا أَوَّلَهُمُ ٱنْتِدَابًا فَأَمَّرَ أَبَا عُبَيْدٍ وَأَوْصَاهُ بِجُنْدِهِ

رَوَى سَيْفٌ عن سَهْلٍ عن ٱلْقَسِمِ وَمُبَشِّرٍ عن سالم قال كان أَوَّلَ بَعْثٍ بَعَثَهُ عُمَرُ بَعْثُ أَبِي عُبَيْدٍ ثم بَعَثَ يَعْلَى بْنَ أُمَيَّةَ الى اليَمَنِ وَأَمَرَهُ بِإِجْلَاءِ أَهْلِ نَجْرَانَ لِوَصِيَّةِ النبيّ صلى الله عليه وسلم فى مَرَضِهِ بذلك وَلِوَصِيَّةِ أَبِي بَكْرٍ بذلك فى مَرَضِهِ وقال ٱيْتِهِمْ ولا تَفْتِنْهُمْ عن دينهم ثم أَجْلِهِمْ من اقام منهم على دينه وَأَقِرَّ المُسْلِمَ وَٱمْسَحْ أَرْضَ كُلِّ مَنْ تُجْلِي منهم ثم خَيِّرْهُمُ البلدان وَأَعْلِمْهُمْ أَنَّا نُجْلِيهِمْ بِأَمْرِ الله ورسوله لا يُتْرَكُ بجزيرة العَرَبِ دينان فَلْيَخْرُجُوا من اقام عن دينه منهم ثم نُعْطِيهِمْ ارضا كأرضهم إِقْرَارًا لهم بالحق على أَنْفُسِنَا وَوَفَاءً بِذِمَّتِهِمْ فيما أَمَرَ الله من ذلك بَدَلًا بينهم وبين جيرانهم من اهل اليمن وغيرهم فيما صار لجيرانهم بالرِّيفِ

### *Caput vicesimum primum.*

## *Moslemi Persas profligant ad Ennamárik et Sakátijjam.*

Exponuntur res ab El mothanna ben hâretha atque Abu obeid ben mesûd gestae. Tradiderunt haec a Seifo narrata ii, quos supra commemoravi, qui quidem haec acceperat a Mohammede ben abd alla ben sewâd, ac Talcha ben el alam, atque Sijâdo ben sirdschis Achmarita, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: dixit ille: quum El mothanna ben hâretha ad Abu bekrum anno tertio decimo accessisset, hic agmen cum illo emisit. Jam per dies tres Abu bekr homines ad militiam evocaverat; sed paratum ei se stiterat nemo, quoad tandem Abu obeid se stitit, atque post eum Saad ben obeid. Dixitque Abu obeid: „suscipiam rem." Dicit Abu selit: dixerunt Omaro: „praefice militibus hominem, qui in familiaritate prophetae versatus est." Quibus Omar respondit: „praestantia familiarium prophetae in eo cernitur, quod cito in hostem invadunt, atque irruentem depellunt. Quodsi alii homines idem quod illi faciunt spontaneo motu, tum qui, et leves, et onusti, progrediuntur, hac re magis digni quam illi sunt. Neque, per Deum, huic rei praeficiam, nisi eum, qui primum se stitit." Itaque praefectum constituit Abu obeidum, eique milites suos commendavit.

Haec tradidit Seif, qui a Sahlo ea acceperat, cui ab El kâssem ac Mobaschscher narrata fuerant, qui a Sâlemo ea cognoverant. Dixit ille: „primum, quod Omar emisit, agmen fuit Abu obeidi. Deinde Jaalam ben omajje in El jemenam emisit, eumque incolas Nedschrânae expellere jussit, quia propheta, cui bene dicat Deus, faveatque, morbo jam laborans, hoc praeceperat, atque etiam Abu bekr, morbo jam adfectus, idem praeceperat." Igitur Omar: „peto illos, inquit; sed a religione sua eos depellere noli. Deinde ex iis expelle quotquot in religione sua perstant; Moslemum quemque vero confirma. Agros eorum, quos expelles, dimetire. Porro optionem iis fac, ut terras eligant, iisque significa, nos eos expellere jubente Deo, ejusque legato, qui quidem dixerit: ne in peninsula Arabum manere sinantur religiones binae!" Ejiciantur itaque quicunque eorum ab illius religione se avertunt. Deinde agrum iis dabis, qui agrum eorum aequet, ut quae iis a nobis debentur ipsis praestentur, iisque fides servetur prout de hac re Deus praecepit, atque sic compensatio inter ipsos eorumque vicinos Jemenenses, ceterosque, pro iis fiat, quae in agro culto vicinis cesserint."

خَبَرُ ٱلنَّمَارِقِ ❊ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن سَهْلٍ وَمُبَشِّرٍ بِإِسْنَادِهِمَا وَمُجَالِدٍ عن ٱلشَّعْبِيِّ قالوا خرج ابو عبيد ومعه سَعْدُ بن عبيد وسليط بن قيس اخو بنى عَدِيِّ بْنِ ٱلنَّجَّارِ والمثنّى بن حارثة اخو بنى شيبان ثمّ أَحَدُ بنى هِنْدٍ رَوَى سَيْفٌ بِإِسْنَادِى الاوّل عنه عن مجالد وعمرو عن ٱلشَّعْبِيِّ وَأَبِى رَوْقٍ قالوا كانت بُورَانُ بِنْتُ كِسْرَى كلما اختلف الناس بالمداين عَدْلًا بين الناس حين يصطلحون فَلَمَّا قُتِلَ ٱلْفَرُّخْزَاذُ بْنُ ٱلْبِنْدَوَانِ وَقَدِمَ رُسْتَمُ فَقَتَلَ آزَرْمِيدُخْتُ كانت عَدْلًا الى ان استخرجوا يَزْدَجِرْدَ فَقَدِمَ ابو عبيد وَٱلْعَدْلُ بينهم بُورَانُ وصاحب الحرب رُسْتَمُ وقد كانت بُورَانُ أَهْدَتْ للنبىّ صلّى اللّه عليه فَقَبِلَ هَدِيَّتَهَا وكانت ضِدًّا على شِيرَى سَنَةً ثمّ إِنَّهَا تَابَعَتْهُ وَٱجْتَمَعَا على ان رَأَّسَ وجعلها عَدْلًا

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن محمد عن طلحة وزياد بِإِسْنَادِهِمْ قالوا لَمَّا قَتَلَ سِيَاوُخْشُ فَرُّخْزَاذَ بْنَ ٱلْبِنْدَوَانِ وَمَلَكَتْ آزَرْمِيدُخْتُ ٱخْتَلَفَ أَهْلُ فَارِسَ وتشاغلوا عن المسلمين غَيْبَةَ ٱلْمُثَنَّى كُلَّهَا الى ان رجع من المدينة فَبَعَثَتْ بُورَانُ الى رُسْتَمَ بالخبر وَٱسْتَحَثَّتْهُ فى ٱلسَّيْرِ وكان على فَرْجِ خُرَاسَانَ فَأَقْبَلَ فى الناس حتى نزل المداين لا يَلْقَى جَيْشًا لِآزَرْمِيدُخْتَ إِلَّا هَزَمَهُ فاقتتلوا بالمداين فَهُزِمَ سِيَاوُخْشُ وَحُصِرَ وَحُصِرَتْ آزَرْمِيدُخْتُ ثمّ افتتحها فقتل سياوخش وَفَقَأَ عَيْنَ آزَرْمِيدُخْتَ وَنَصَبَ بُورَانَ وَدَعَتْهُ الى ٱلْقِيَامِ بِأَمْرِ اهل فارس وشكت اليه تَضَعْضُعَهُمْ وَإِدْبَارَ أَمْرِهِمْ عَلَى أَنْ يَمْلِكَهُ عَشْرَ حِجَجٍ ثمّ يَكُونُ ٱلْمُلْكُ فى آلِ كِسْرَى إِنْ وجدوا من غِلْمَانِهِمْ أَحَدًا وَإِلَّا فَفِى نِسَائِهِمْ فقال رُسْتَمُ فَأَمَّا أَنَا فَسَامِعٌ مُطِيعٌ غَيْرُ طَالِبٍ عِوَضًا ولا ثوابا وان شَرَّفْتُمُونِى وصنعتم إِلَيَّ ثوابا شَيْئًا فانا انتم أَوْلِيَاءُ ما صنعتم إِنَّمَا أَنَا سَهْمُكُمْ وَطَوْعُ أَيْدِيكُمْ فقالت بوران اغْدُ عَلَيَّ فغدا عليها وَدَعَتْ مَرَازِبَةَ فَارِسَ وكتبت له بِأَنَّكَ على حرب فَارِسَ ليس عليك الّا اللّه عزّ وجلّ عَنْ رِضًا مِنَّا وَتَسْلِيمٍ

Exponuntur res ad Ennamârik gestae. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Sahlo ac Mobaschschero, ad praeceptores suos provocantibus, ac Modschâlodo, qui ex Esschobio ea audiverat. Dicunt illi: itaque egressus Abu obeid cum Saado ben obeid, Selîto ben kais, qui e gente Adî ben enneddschâr erat, atque El mothanna ben hâretha, qui ex Scheibânitis, atque deinde ex Hinditis, fuit. Haec tradidit Seif, ut ii, quos ex eo res comperisse supra dixi, perhibent; qui ipse quidem a Modschâledo atque Amro ea cognoverat, quibus ab Esschobio atque Abu rauk tradita fuerant. Qui quidem dicunt: Bûrâna, filia Kisrae, quotiescunque inter incolas El medâïnae dissidia facta sunt, arbiter inter illos exstitit, quum pacem constituerent. Itaque posteaquam Ferruchsâds ben el bendsuwân interfectus est, eoque Rustem accessit, atque etiam Asermidocht occisa est, arbiter illa exstitit, quoad Jesdedscherdum protraxerunt. Sic factum est, ut, quum Abu obeid eo accederet, arbitri munere Bûrâna fungeretur, Rustem vero bello praeesset. Bûrâna prophetae, cui Deus bene dicat, munus obtulerat, quod ille accepit. Per unum annum ipsa Schirae adversata est. Deinde ei illa se submisit, pactoque inter eos convenit, ut Schira princeps, illa vero arbiter esset.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede ea audiverat, cui a Tâleha et Sijâdo tradita fuerant, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: quum Sijâwuchsch interfecisset Ferruchsâdsum ben el bendsuwân, imperium vero suscepisset Asermidocht, Persae dissidiis exortis a Moslemis per totam El mothannae absentiam avocati sunt, quoad ille ab El medina rediit. Tum Bûrâna Rustemum de hac re certiorem fecit, eumque ad se proficisci jussit. Rustem, qui illo tempore limiti Chorâssânae praeerat, cum exercitu profectus iter ad El madâïnam tetendit, et, quae ei occurrerunt, Asermidochtae agmina fudit. Proelio ad El madâïnam commisso, Sijâwuchsch profligatus, atque mox cum Asermidochta obsidio pressus est. Expugnata arce, Rustem Sijâwuchschum interfecit, visu Asermidochtam privavit, atque Bûrânam reginam constituit. Tum haec Rustemum, ut ipse res Persarum procuraret, invitavit, de eorum cladibus ac re publica labante questa; ut per annos decem regno praeesset, eum cohortata est, quibus exactis imperium ad familiam Kisrae referendum esset, si quem virum inter homines doctos reperirent, vel, viro non reperto, ad illius familiae feminas. Ad quae Rustem haec respondit: „quod me adtinet, promtus paratusque sum, neque mercedem quaero, neque praemium. Quodsi honore me adficitis, praemiumque aliquod mihi tribuitis, beneficii collati auctores ipsi estis. Ego enim non sum, nisi sagitta vestra, homo manibus vestris submissus." Bûrâna illi: „cras me conveni," inquit. Postero die quum eam convenisset, Persarum duces illa convocavit, Rustemoque haec mandata dedit, litteris consignata: „bello Persarum ita praefectus es, ut te superior nemo sit, nisi celebrandus laudandusque Deus,

لِحُكْمِكَ وَحُكْمُكَ جايز فيهم ما كان حُكْمُكَ فى مَنْعِ ارضهم وَجَمْعِهِمْ عن فُرْقَتِهِمْ وَتَوْجَتْهُ وَأَمَرَتْ اهل فارس ان يسمعوا له ويطيعوا فدانت له فَارِسُ بعد قُدُومِ أَبِي عُبَيْدٍ وَكَانَ أَوَّلَ شَيْء أَحْدَثَهُ عُمَرُ بعد موت ابى بكر من الليل أَنْ نَادَى ٱلصَّلَاةَ جَامِعَةً ثم نَدَبَهُمْ فَتَفَرَّقُوا على غير إِجَابَةٍ من احد ثم نَدَبَهُمْ فى اليوم الرابع فَأَجَابَ أَبُو عُبَيْدٍ فى اليوم الرابع أَوَّلَ الناس وَتَتَابَعَ ٱلنَّاسُ وَٱنْتَخَبَ عُمَرُ من اهل المدينة وَمَنْ حَوْلَهَا أَلْفَ رَجُلٍ أَمَّرَ عليهم ابا عبيد فقيل له ٱسْتَعْمِلْ عليهم من اصحاب النبىّ صلّى الله عليه وسلّم فقال لا ها ٱللّٰهِ اذًا يا اصحاب النبىّ لَأَنْدُبُكُمْ فَتَنْكِلُونَ وَيَنْتَدِبُ غَيْرُكُمْ فَأُؤَمِّرُ عليهم إِنَّكُمْ إِنَّمَا فُضِّلْتُمْ بِتَسَرُّعِكُمْ الى مثلها فان نَكَلْتُمْ فَضَلُوكُمْ بَلْ أُؤَمِّرُ عليكم اوّلكم ٱنْتِدَابًا وَعَجَّلَ المثنى وقال ٱلنَّجَاءَ حتى يقدم عليك اصحابك فكان أَوَّلَ شَيْء احدثه عمر فى خلافته مع بَيْعَتِهِ بَعْثُهُ أَبَا عُبَيْدٍ ثم بَعْثُ أَهْلِ نجران ثم نَدَبَ اهل نجران الردّة فَأَقْبَلُوا سِرَاعًا من كل أَوْبٍ فَرَمَى بهم ٱلشَّأْمَ وَٱلْعِرَاقَ وَكَتَبَ الى اهل اليرموك بِأَنَّ عليكم أَبَا عُبَيْدَةَ بْنَ الْجَرَّاحِ وكتب اليه إِنَّكَ على الناس فَإِنْ أَظْفَرَكَ الله فَٱصْرِفْ اهل العراق الى العراق وَمَنْ أَحَبَّ إِمْدَادَكُمْ اذا هم قَدِمُوا عليكم فَكَانَ أَوَّلَ فَتْحٍ أَتَاهُ اليرموك على عشرين ليلة من مُتَوَفَّى ابى بكر وكان فى ٱلْأَمْدَادِ الى اليرموك فى زمن عُمَرَ ابن هبيرة ورجع مع اهل العراق ولم يَكُنْ منهم وانما غَزَا حين أَذِنَ عمر لاهل ٱلرِّدَّةِ فى ٱلْغَزْوِ وقد كانت فَارِسُ تشاغلت بموت شَهْرِ إِيرَانَ عن المسلمين فَمَلَّكَتْ شَاهْ زَنَانْ حتى اصطلحوا على سَابُورَ بْنِ شَهْرِيَارَ بْنِ أَرْدَشِيرَ بْنِ شَهْرِيَارَ فَثَارَتْ به آزَرْمِيدُخْتُ فقتلته وَٱلْفَرُّخْزَادَ وَمَلَكَتْ وَرُسْتَمُ بْنُ ٱلْفَرُّخْزَادِ بخراسان على فَرْجِهَا فاتاه الخبر عن بُورَانَ وَقَدِمَ ٱلْمُثَنَّى الْحِيرَةَ من المدينة فى عَشْرٍ وَلَحِقَهُ أَبُو عُبَيْدٍ بعد شهر فاقام المثنى بالحيرة خَمْسَ عَشْرَةَ ليلة وَكَتَبَ رُسْتَمُ الى دَهَاقِينِ السَّوَادِ أَنْ يثوروا بالمسلمين وَدَسَّ فى كل رُسْتَاقٍ رجلا لِيَثُورَ باهله فَبَعَثَ جَابَانَ الى ٱلْبِهْقُبَاذِ ٱلْأَسْفَلِ وَبَعَثَ نَرْسَى الى كَسْكَرَ وَوَعَدَهُمْ يوما وبعث جندا

nobis adnuentibus, imperioque tuo nos submittentibus. Imperium in eos habebis licitum, quamdiu ut imperio tuo terram eorum tuearis, ipsosque ex dispersione ad conjunctionem revoces, operam dabis." Deinde cidarim ei imposuit, Persasque ei parere atque obsequi jussit. Ita factum est, ut, quum Abu obeid eo accessisset, Rustemo Persia obediret. Prima res vero, quam Omar post mortem Abu bekri ipsa illa nocte peregit, convocatio ad precationem generalem fuit. Qua peracta, homines ad militiam evocavit; sed discesserunt, neque ullus paratum se stitit. Quum denuo eos evocaret die quarto, primus Abu obeid paratum se stitit; quo cognito alii sensim sequuti sunt. Itaque Omar ex Medinensibus vicinisque mille hominum elegit, quibus Abu obeidum praefecit. Tum ei dixerunt: „praefice iis hominem ex familiaribus prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque." Sed Omar: „minime, inquit, per Deum! certe, o familiares prophetae, ad militiam vos evoco, vos vero ignavi receditis, dum alii paratos se sistunt, quibus aliquem praeficiam. Praestantiam vos non obtinuistis, nisi ejusmodi rebus alacriter susceptis; quam ob rem, si ignavi receditis, illi vobis praestant. Itaque eum jam vobis praeficiam, qui primum se stitit." El mothannam Omar festinare jussit, eique: „cito, inquit, fac, quoad socii tui ad te accedent." Prima res, quam Omar, chalifatu suscepto, post sponsionem factam peregit, emissio Abu obeidi fuit, deinde emissio Nedschrânensium. Deinde eos Nedschrânenses, qui apostatae fuerant, ad militiam evocavit. Qui quum ex omnibus partibus promti accessissent, ab Omaro in Syriam et El irâkam missi sunt. Ad exercitum Jarmûkensem Omar scripsit haec: „vobis praefectus est Abu obeida ben el dscherrâch;" ipsi huic duci vero scripsit: „militibus praefectus es; si Deus victoriam tibi tribuit, in El irâkam remitte Irâkenses cum iis, qui suppetias vobis ferre volent, quum ad te accesserint." Victoria, quae Omaro nuntiata est prima, Jarmûkensis fuit, quam comperit die post defunctum Abu bekrum vicesimo. Ex suppetiis vero tempore Omari ad El jarmûkum missis Ebn hobeira fuit, qui cum Irâkensibus reversus est, quanquam ex iis non fuerat; militiam capessivit, quum Omar apostatis potestatem militandi fecisset. Persae morte Schehrirâni a Moslemis avocati fuerant, eorumque imperio praefuit Schâhsenân, quoad communi consilio regem constituerunt Sâbûrum ben schehrijâr ben ardeschîr ben schehrijâr. Sed mox ei supervenit Asermidochta, eumque, atque El ferruchsâdsum interfecit, ipsaque regnum suscepit; quo quidem tempore Rustem ben el ferruchsâds in Chorâssâna commorabatur, ejus limiti praefectus, quem de illa re certiorem fecit Bûrâna. Tum El mothanna ab El medina profectus El hiram pervenit cum decem cohortibus, quo post mensem unum Abu obeid ad eum accessit; El mothanna vero mansit El hirae noctes quindecim. Rustem hoc tempore praefectis provinciae Sewâdensis scripsit, ut in Moslemos impetum facerent, atque in singulos pagos hominem submisit, qui populum excitaret. Dschâbânum ad El behkobâdsam inferiorem emisit, Narsem ad Kaskaram, certumque diem iis constituit, ipseque exercitum ad petendum El mothannam emisit. Quibus com-

لِمُصَادَمَةِ المثنى وَبَلَغَ المثنى ذلك فضمّ اليه مَسَالِحَهُ وَحَذِرَ وَعَجِلَ جَابَانُ فثاروا ونزل ٱلنَّمَارِقَ ودعاهم على الخروج فَخَرَجَ نَرْسَى فنزل زَنْدَوَرْدَ وسار اهل الرساتيق من أَعْلَاهُ وَأَسْفَلِهِ وخرج المثنى فى جماعة حتى يَنْزِلَ خَفَّانَ لِيَلَّا يُؤْتَى مِنْ خَلْفِهِ بِشَىْءٍ يَكْرَهُهُ واقام حتى قَدِمَ عليه ابو عبيد فكان ابو عبيد على الناس فاقام بِخَفَّانَ أَيَّامًا لِيَسْتَجِمَّ أَصْحَابُهُ وقد اجتمع الى جَابَانَ بَشَرٌ كَثِيرٌ وخرج ابو عبيد بعد ما جَمَّ ٱلنَّاسُ وَظَهْرُهُمْ وَتَعَبَّى وَجَعَلَ المثنى على الخيل وعلى مَيْمَنَتِهِ وَالِقَ بْنَ جَيْدَارَةَ وعلى مَيْسَرَتِهِ عمرو بن الهيثم بن ٱلصَّلْتِ بن حبيب ٱلسُّلَمِىُّ وعلى مُجَنِّبَتَىْ جَابَانَ جِشْنِسْ مَاهْ وَمَرْدَانْشَاهْ فنزلوا على جابان بِٱلنَّمَارِقِ فاقتتلوا قتالا شديدا فَهَزَمَ الله اهل فارس وَأُسِرَ جَابَانُ أَسَرَهُ مَطَرُ بْنُ فِضَّةَ ٱلتَّيْمِىُّ وَأُسِرَ مَرْدَانْشَاهْ أَكْتَلُ بْنُ شَمَّاخٍ ٱلْعُكْلِىُّ فَأَمَّا أَكْتَلُ فانّه ضرب عُنُقَ مَرْدَانْشَاهْ وَأَمَّا مَطَرُ بْنُ فِضَّةَ فَإِنَّ جَابَانَ خَدَعَهُ حتى تَفَلَّتَ منه بشى فَخَلَّى عنه فاخذه المسلمون فَأَتَوْا به ابا عبيد وَأَخْبَرُوهُ انه الملك وَأَشَارُوا عليه بقتله فقال إِنِّى أَخَافُ ٱللَّهَ أَنْ أَقْتُلَهُ وقد آمَنَهُ رجل مسلم والمسلمون فى ٱلتَّوَادِّ وَٱلتَّنَاصُرِ كالجَسَدِ مَا لَزِمَ بَعْضَهُمْ فَقَدْ لَزِمَهُمْ كُلَّهُمْ قالوا له انه الملك قال وَإِنْ كان لا أَغْدِرُ فَتَرَكَهُ

قال أَبُو جَعْفَرٍ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ بْنُ يَحْيَى عن شعيب عن سَيْفٍ عن ٱلصَّلْتِ بْنِ بَهْرَامَ عن أَبِى عِمْرَانَ الْجُعْفِىِّ قال وَلِّتْ حَرْبَهَا فَارِسُ رُسْتَمَ عَشْرَ سِنِينَ وَمَلَّكُوهُ وكان مُنَجِّمًا عَالِمًا بالنجوم فقال له قَايِلٌ ما دعاك الى هذا الامر وَأَنْتَ تَرَى ما تَرَى قال ٱلطَّمَعُ وَحُبُّ ٱلشَّرَفِ فَكَاتَبَ أَهْلَ ٱلسَّوَادِ وَدَسَّ اليهم رجالا فثاروا بالمسلمين وقد كان عَهِدَ الى القوم ان الامير عليكم أَوَّلُ مَنْ ثار فثار جَابَانُ فى فُرَاتِ بَادَقْلَى وثار الناس بعده وَأَرَزَ المسلمون الى ٱلْمُثَنَّى بالحيرة فَصَمَدَ لِخَفَّانَ وَنَزَلَ خَفَّانَ حتى قَدِمَ عليه أَبُو عُبَيْدٍ وهو الامير على المثنى وغيره ونزل جابان ٱلنَّمَارِقَ فسار اليه ابو عبيد من خَفَّانَ فَٱلْتَقَوْا بالنمارق فَهَزَمَ ٱللَّهُ أَهْلَ فَارِسَ واصابوا منهم ما شَآؤُوا وَبَصُرَ مَطَرُ بْنُ فِضَّةَ

pertis, El mothanna praesidia sua ad se advocavit, ut sibi caveret. Dschâbân festinanter progressus est, homınesque ad arma properarunt; deinde ille ad Ennamârik consedit, incolasque ad militiam evocavit. Etiam Narses in iter se dedit, atque ad Sendewardam consedit; pagorum incolae, quum ex superiori, tum ex inferiori parte confluxerunt. Itaque El mothanna quoque cum agmine exiit, atque ad Chaffânam consedit, ne a tergo aliquid mali ei superveniret; quo loco mansit, quoad Abu obeid ad eum accessit. Tum Abu obeid, qui agminis dux erat, ad Chaffânam per aliquot dies constitit, ut ejus copiae undique convenirent; nam ad Dschâbânum ingens numerus confluxerat. Deinde Abu obeid, hominibus jumentisque completis, prodiit, aciemque instruxit. Equitatui praefecit El mothannam, alae dextrae Wâlekum ben haidâra, sinistrae Amrum ben el heithem ben essalt ben habib Soleimitam. Alis Dschâbâni praeerant Dschischnismâh et Merdânschâh. Moslemi igitur quum ad Ennamârik in Dschâbânum invasissent, proelium ibi acerrimum editum est; Deus vero Persas in fugam conjecit. Ipse Dschâbân captus est; quem quidem cepit Matar ben fidda Teimita; atque Merdânschâhum cepit Okeil ben schammâch Oklita. Collum Merdânschâho secuit Okeil; quod vero Matarum ben fidda attinet, Dschâbân, calliditate usus, ejus benevolentiam ita sibi conciliavit, ut ab eo dimitteretur. Tum vero Moslemi Dschâbânum ad Abu obeidum adduxerunt, eique regem esse hunc hominem significarunt, quem occidi oporteret. Sed Abu obeid: „reverentia Dei me quidem prohibet, inquit, quo minus illum occidam, postquam homo Moslemus ejus patrocinium suscepit; nam Moslemi quum in solvendo, tum in constituendo, quasi corpus unum sunt; quod unum tangit, id ad omnes pertinet." Illi vero: „sed rex ille homo est!" Tum Abu obeid: „quamvis licet rex ille sit, tamen perfidia non utar." Itaque eum dimisit.

Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurri ben jachja, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Essalt ben behrâm ea compererat, cui ea tradiderat Abu imrân Dschoofita. Qui dixit: bello gerendo Persae praefecerunt Rustemum, regemque eum crearunt; erat autem astrologus, siderum peritus. Itaque quidam homo ei dixit: „quid, quum cernas, quae cernis, ad hanc rem te adduxit?" Cui respondit: „cupiditas atque gloriae aviditas." Litteras ad incolas provinciae Sewâdensis dedit, hominesque ad eos submisit; quo factum est, ut illi contra Moslemos prodirent. Mandaverat autem hominibus haec: „praeerit vobis, qui prodibit primus." Ad Euphratem Bâdeklensem prodiit Dschâbân, quem mox homines sequuti sunt. Moslemi ad El mothannam, qui eo tempore El hîrae commorabatur, se receperunt. Tum vero El mothanna Chaffânam profectus est, ibique constitit, quoad Abu obeid ad eum accessit, qui El mothannae, ceterisque, praepositus erat. Deinde, quum Dschâbân ad Ennamârik consedisset, Abu obeid ex Chaffâna contra eum prodiit. Itaque ad Ennamârik signa contulerunt; Deus vero Persas in fugam conjecit, praedaque ampla Moslemi potiti sunt. Matar ben fidda, qui a matre

وكان يُنْسَبُ الى أَبِيهِ وَأَبَىٌّ بِرَجُلٍ عليه حُلَى فشدّا عليه فأَخَذَاهُ اسيرا فوَجَدَاهُ شيخا كبيرا فزَعِدَ فيه أَبَىٌّ وَرَغِبَ مَطَرٌ فى فِدَآئِهِ فٱصْطَلَحَا على أَنَّ سَلَبَهُ لِأُبَىٍّ وَأَنَّ إِسَارَهُ لِمَطَرٍ فلما خَلَصَ مَطَرٌ به قال انكم معاشر العرب أَهْلُ وَفَآءٍ فهل لك أَنْ تُؤْمِنَنِي وَأُعْطِيَكَ غُلَامَيْنِ أَمْرَدَيْنِ خَفِيفَيْنِ فى عَمَلِكَ وكذا وكذا قال نَعَمْ قال فَأَدْخِلْنِي على مَلِكِكُمْ حتى يكون بِمَشْهَدٍ منه فَفَعَلَ فَأَدْخَلَهُ على ابى عبيد فَتَمَّمَ له على ذلك فأَجَازَ ابو عبيد فقال أُبَىٌّ وَإِيَاسُ بْنُ ربيعة فأَمَّا أُبَىٌّ فقال أَسَرْتُهُ انا وهو على غَيْرِ أَمَانٍ وأَمَّا الاخرون فعَرَفُوهُ وقالوا هذا الملك جابان وهو الذى لَقِيَنَا بهذا الجمع قال كما ترى فاعلا معاشر ربيعة لَيُؤْمِنُهُ صَاحِبُكُمْ وَأَقْتُلُهُ انا مَعَاذَ ٱللّٰهِ من ذلك وَقَسَمَ ابو عبيد الغنايم وكان فيها عِطْرٌ كَثِيرٌ وَنَفَّلَ وَبَعَثَ بالاخماس مع ٱلْقِسِمِ

ٱلسَّقَاطِيَّةُ بِكَسْكَرَ ❊ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة وزياد قالوا وَقَالَ أَبُو عُبَيْدٍ حين انهزموا وَأَخَذُوا نَحْوَ كَسْكَرَ لِيَلْجُوا الى نَرْسَى وكان نَرْسَى ٱبْنَ خَالَةِ كِسْرَى وكانت كَسْكَرُ قَطِيعَةً له وكان ٱلنَّرْسِيَانُ له يَحْمِيهِ لا يَأْكُلُهُ بَشَرٌ ولا يَغْرِسُهُ غيرهم او مَلِكُ فَارِسَ إِلَّا مَنْ أَكْرَمُوهُ بشى منه وكان ذلك مَذْكُورًا من فعلهم فى الناس وَأَنَّ تَمْرَهُمْ هذا حِمًى فقال له رُسْتَمُ وَبُورَانُ ٱشْخَصْ الى قطيعتك فَٱحْمِهَا من عدوّك وعدوّنا وَكُنْ رَجُلًا فلما انهزم الناس يَوْمَ ٱلنَّمَارِقِ وَوَجَّهَتِ ٱلْفَالَّةُ نَحْوَ نَرْسَى وَنَرْسَى فى عَسْكَرِهِ نادى ابو عبيد بالرحيل وقال لِلْمُجَرَّدَةِ ٱتْبَعُوهُمْ حتى تُدْخِلُوهُمْ عَسْكَرَ نَرْسَى او تُبِيدُوهُمْ فيما بين ٱلسَّفَارِى الى ٱلنَّمَارِقِ الى دَرْتَا ❊ وَقَالَ عَاصِمُ بْنُ عَمْرٍو فى ذلك

لَعَمْرِى وَمَا عَمْرِى عَلَىَّ بِهَيِّنٍ    لَقَدْ صُبِّحَتْ بِٱلْخِزْىِ أَهْلُ ٱلنَّمَارِقِ
بِأَيْدِى رِجَالٍ هَاجَرُوا نَحْوَ كَسْكَرٍ    يَجُوسُونَهُمْ مَا بَيْنَ دَرْتَا وَبَارِقِ
قَتَلْنَاهُمْ مَا بَيْنَ مَرْجِ مُسَلَّحٍ    وَبَيْنَ ٱلْهَوَافِى مِنْ طَرِيقِ ٱلْبَذَارِقِ

nominabatur, atque Obai hominem ibi conspexerunt, monilibus decoratum. Quum in eum incurrissent, cumque cepissent, senem grandaevum cum esse invenerunt. Obai quidem ab eo abstinere voluit; Matar vero cupidus erat pretii ab illo dandi. Itaque inter se pacti sunt, ut, quae ei detraherentur, essent Obaii, libertas vero a Mataro redimenda esset. Quum igitur eum accepisset Matar, homo ille: „vos, o coetus Arabum, inquit, homines fidi estis. Libetne tibi, tutum me praestare, si duos juvenes tibi dem, pullante mystace praeditos, agiles, qui tibi serviant, certamque pecuniae summam?" Cui Matar: „libet mihi." Tum ille: „Itaque ad regem vestrum me deduc, ut ipse hujus rei testis exstet." Quae ei concessit Matar. Igitur ad Abu obeidum eum introduxit, in qua re ei connivebant. Atque Abu obeid pactum illud ratum habuit. Sed contradicere coeperunt Obai atque Ijâs ben rebia. Dixit Obai: „ego illum cepi, nulla fide data." Ceteri, qui eum agnoverant, dicebant: „hic homo Dschâbân est, rex ille, qui cum illo exercitu nobis occurrit." Sed Abu obeid: „existimatis igitur, o coetus Rebiitarum, me, postquam frater vester illum in patrocinium recepit, eum esse interfecturum? Hoc quidem Deus avertat!" Praedam, in qua aromata multa erant, dispertivit Abu obeid, ac manubias dedit, partemque quintam cum El kâssemo ad Omarum misit.

Exponitur de Essakâtijja, in agro Kaskarensi sita. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea ex Mohammede, Talcha, Sijâdoque compererat. Qui dixerunt: dixit Abu obeid: Persae quum in fugam conjecti essent, ad Kaskaram versus perrexerunt, ut ad Narsem se reciperent. Narses enim, qui filius materterae Kisrae erat, Kaskaram tenebat, praedium sibi concessum. Habebat ibi dactylos Nirssijânicos, quos ita custodiebat, ut praeter ipsum, vel regem Persiae, nemo eos comederet, neque plantaret, nisi forte illi paullum illorum fructuum alicui homini honoris causa dabant. Hac agendi ratione eos uti, fructusque illos eorum prohibitos esse, omni populo in ore erat. Illo tempore vero Rustem, Bûrânaque, Narsi dixerant: „ad praedium tuum propera, idque ab eo, qui tibi nobisque hostis est, tuere, virumque te praesta!" Itaque, quum ad Ennamârik Persae profligati essent, hominesque fugientes ad Narsem tenderent, in castris suis constitutum, Abu obeid vasa conclamari jussit, militibusque expeditis: „insequimini illos, inquit, quoad intra castra Narsis eos compuleritis, aut eos conciderit is inter El fârikam et El bârikam, Dertamque. In quam rem Assem ben amr dixit haec:

1. Per vitam meam! neque vitam meam parvi facio!
Matutino tempore adfecit sunt calamitate Namârikenses
2. A manibus virorum, qui tetenderant ad Kaskaram,
Atque illos anquirebant inter Dertam et Bârikam.
3. Cecidimus illos inter Mardsch mpsallach
Atque Hawâfi in via ad Ennadsârik ferente.

ومضى أبو عُبَيْد حين ارتحل من النمارق حتى يَنْزِلَ على نرسى بِكَسْكَرَ ونرسى يومئذ بأسفل كَسْكَرَ والمُثَنَّى فى تعبيته التى قاتل فيها جابانَ ونرسى على مُجَنِّبَتَيْهِ ٱبْنَا خاله وهما ابنا خال كِسْرَى بِنْدُوَيْه وتِيرُوَيْه ٱبْنَا بِسْطَام وأهل بَارُوسْمَا ونَهْرِ جَوْبَرَ والزَّوَابِي معه الى جنده وقد أتى الخبرُ بُورَانَ ورُسْتَمَ بهزيمة جابان فبعثوا الى الجالنوس وبلغ ذلك نرسى وأهلَ كسكرَ وباروسما ونهرِ جوبرَ والزاب فرجوا أن يلحق قبل الوقعة وعاجلهم ابو عبيد فالتقوا أسفلَ من كسكرَ بمكان يُدْعَى السَّقَاطِيَّة فاقتتلوا فى صحارى خُشٍّ قتالا شديدا ثم إنّ الله هزم فارسَ وهرب نرسى وغَلَبَ على عسكره وارضه وأخرب ابو عبيد ما حول مُعَسْكَرِهم من كسكر وجمع الغنائمَ فرأى من الأطعمة شيئا عظيما فبعث فى من يليه من العرب فٱنْتَفَلُوا ما شاؤوا وأخذ خزائنُ نرسى فلم يكونوا بشى مما خَزَنَ أفرحَ منهم بالنَّرْسِيَانِ لانه كان يحميه ويُمَالِئُه عليه ملوكهم فجعلوا يُطْعِمُونَه الفَلَّاحِينَ وبعثوا بخُمُسه الى عُمَرَ وكتبوا اليه انّ الله أطعمنا مطاعمَ كانت الأكاسرة يحمونها وأحببنا أن تَرَوْهَا وتتذكّروا إنعامَ الله وإفضالَه واقام ابو عبيد وسَرَّحَ المثنى الى باروسما وبعث وَالِقًا الى الزَّوَابِي وعاصمًا الى نهرِ جوبرَ فهزموا من كان تجمّع وأخربوا وسَبَوْا وكان مما أخرب المثنى وسبى أهلَ زَنْدَوَرْدَ وبَسْرِيسَى وكان أبو زَعْبَلٍ من سبى زَنْدَوَرْدَ وهرب ذلك الجند الى الجالنوس فكان مِمَّنْ أسر عاصمٌ اهل بيتين من نهرِ جوبرَ ومِمَّنْ أسر وَالِقٌ أبو الصَّلْتِ وخرج فَرُّوخُ وفَرُونْدَادُ الى المثنى يطلبون الجزاء والذمّة دفعًا عن ارضهم فأبلغهما أبا عُبَيْد وارسل أحدَهما باروسما والآخرَ نهرَ جوبرَ فأعطياه عن كل راس أربعةً فَرُّوخُ عن باروسما وفَرُونْدَادُ عن نهرِ جوبرَ ومثل ذلك أهلُ الزَّوَابِي وكسكرَ وضَمِنَ لهم الرِّجَالُ على التعجيل ففعلوا وصاروا صُلْحًا وجاء فَرُّوخُ وفَرُونْدَادُ الى ابى عبيد بآنية فيها أنواعُ أطعمة أهل فارس من الألوان والأخبصة وغيرها فقالوا هذه كرامة أكرمناك بها وقِرًى لك قال أأكرمتم الجند وقَرَيْتُمُوهم مثلَه قالوا لم نتيسّر ونحن فاعلون وانما يتربّصون

Abu obeid, Ennamârika relicta, iter ingressus est, ut Narsem in Kaskara residentem peteret; Narses vero tunc in inferiori Kaskarae parte commorabatur. El mothanna eandem aciem instructam habebat, qua usus cum Dschâbâno pugnaverat. Alis Narsis vero praeerant eius patrueles, qui etiam Kesrae patrueles erant, Bendsuweih et Tiruweih, filii Bistâmi. Incolae Bârùsmae, Nahr dschaubari, ac provinciae Sabensis, ad illius exercitum se iunxerant. Bûrâna autem, Rustemque, quum cladem Dschâbâno adlatam cognovissent, nuntium ad Gâlenûsum miserunt. Quo comperto, Narses ac Kaskarenses, atque incolae Bârùsmae, Nahr dschaubari, provinciaeque Sâbensis, sperarunt fore, ut ille ad ipsos accederet ante, quam proelium fieret. Sed celeriter iis supervenit Abu obeid; unde factum est, ut infra Kaskaram, ad locum quendam, qui Essakâtijja vocatur, signa conferrent, proelioque acerrimo in campis illis glareosis decertarent. Deus vero Persas in fugam coniecit. Ipse Narses aufugit, eiusque castris agrisque Moslemi potiti sunt. Agrum Kaskarensem circa castra iacentem vastavit Abu obeid, magnasque praedas fecit. Arabes vicini, ab ipso invitati, abstulerunt quaecunque vellent. Thesauros Narsis diripientes nullam rem cariorem habuerunt, quam dactylos Nirssijânicos; nam Narsses diligenter eos custodierat, idemque etiam reges fecerant. Quos fructus comedere Arabes iam rusticis permiserunt. Partem quintam ad Omarum transmiserunt, eique scripserunt: „Deus comedendas nobis praebuit escas, quas reges Persiae diligenter custodiebant; quas quidem vellemus ipsi spectaretis, atque clementiae benevolentiaeque Dei recordaretis.“ Abu obeid illo loco constitit; El mothannam vero in Bârùsmam emisit, Wâlikum in proviam Sâbensem, Assemum in Nahr dschaubarum. Qui copias hostium profligarunt, agros vastarunt, captivosque abduxerunt. Ex locis, quos El mothauna vastavit, captivitateque mulctavit, fuerunt Sendawerda et Bassarissi, atque ex captivis Sendawerdensibus fuit Abu saabal. Agmen illud ad Gâlenûsum fuga se recepit. Ex iis, quos Assem captivos abduxit, familiae nonnullae civitatis Nahr dschaubar fuerunt; atque ex iis, quos cepit Wâlik, fuit Abus salt. Tum El mothanuam adierunt Furrûch et Furûndâd, tributum promittentes, clientelamque stipulantes, ut terram suam tutam praestarent. Quos ille ad Abu obeidum transmisit; alterum Bârùsma miserat, alterum Nahr dschaubar. Abu obeido pro singulis capitibus dederunt quattuor dirhemos, Furrûch pro Bârùsmensibus, Furûndâd pro Nahr dschaubarensibus; atque tot idem dederunt Sâbenses et Kaskarenses. Abu obeid nonnullos homines pro solutione promta sponsores dari iussit. Quod quum illi fecissent, pacem acceperunt. Tum Furrûch et Furûndâd Abu obeido vasa obtulerunt cibis, quibus Persae utuntur, referta variis, defrutis, aliisque, eique dixerunt: „hanc honoris causa tibi offerimus coenam hospitalem.“ Quibus ille: „num etiam militibus hunc honorem, hancque coenam, obtulistis?“ Responderunt: „hoc fieri non potuit; alioquin id faceremus.“ Sed re vera non exspectabant, nisi adventum Galenûsi, et quid ille facturus esset. Abu obeid iis respondit: „nobis opus non est cibo, quo

بهم قُدُومَ الجالنوس وما يَصْنَعُ فقال ابو عبيد فلا حاجةَ لنا فيما لا يُشْبِعُ الجُنْدَ فَرَدَّهُ وخرج ابو عبيد حتى يَنْزِلَ بِبَارُوسْمَا فبلغه سَيْرُ الجالنوس

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلنَّضْرِ بْنِ ٱلسَّرِيِّ ٱلضَّبِّيِّ قال فَأَتَاهُ ٱلْأَنْدَرْزَغَرُ بْنُ الخَرْكَبُدِ بمثل ما جَآءَ به فَرُّوخُ وفَرْوَنْدَادُ فقال لهم ءأَكْرَمْتُمُ ٱلْجُنْدَ بِمِثْلِهِ وَقَرَيْتُمُوهُمْ قالوا لا فَرَدَّهُ قال لا حاجةَ لنا فيه بِئْسَ ٱلْمَرْءُ أَبُو عُبَيْدٍ إِنْ صَحِبَ قوما من بلادهم أَهْرَاقُوا دِمَآءَهُمْ دونه ولم يُهْرِقْهَا فَٱسْتَأْثَرَ عليهم بشى يُصِيبُهُ لا والله لا يَأْكُلُ مما أَتَيْتُمْ به ولا مما أَفَآءَ الله عليه الا مِثْلَ ما يَأْكُلُ أَوْسَاطُهُمْ

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حَدَّثَنَا سَلَمَةُ عن ابن اسحق بِنَحْوٍ مِنْ حديث سَيْفٍ هذا عن رِجَالِهِ فى تَوْجِيهِ عُمَرَ المُثَنَّى وَأَبَا عُبَيْدِ بن مسعود الى العراق فى حَرْبِ مَنْ بها من ٱلْكُفَّارِ وَحُرُوبِهِمَا مَنْ حَارَبَا بها غَيْرَ أَنَّهُ قال لما هُزِمَ جالنوس واصحابه وَدَخَلَ ابو عبيد بَارُوسْمَا نَزَلَ هو واصحابه قَرْيَةً من قُرَاهَا فَٱشْتَمَلَتْ عليهم فَصُنِعَ لابى عبيد طَعَامٌ فَأُتِيَ به فلما رَآهُ قال ما انا بالذى أَكَلَ هذا دون المسلمين فقالوا له كُلْ فَإِنَّهُ ليس من اصحابك أَحَدٌ الا وهو يُؤْتَى فى منزله بِمِثْلِ هذا او أَفْضَلَ فَأَكَلَ فلما رَجَعُوا اليه سَأَلَهُمْ عن طعامهم فَأَخْبَرُوهُ بما جَآءَهُمْ من ٱلطَّعَامِ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة وزياد بِإِسْنَادِهِمْ قالوا وكان جَابَانُ وَنَرْسَى ٱسْتَمَدَّا بُورَانَ فَأَمَدَّتْهُمَا بالجالنوس فى جند جابان ونرسى وَأَمَرَ أَنْ يَبْدَأَ بنرسى ثم يُقَاتِلَ ابا عبيد بَعْدُ فَبَادَرَهُ ابو عبيد فَنَهَضَ فى جنده قَبْلَ أَنْ يدنو فلما دنا ٱسْتَقْبَلَهُ ابو عبيد فَنَزَلَ الجالنوس بِبَاقُسْيَاثَا من باروسما فَنَهَدَ اليه ابو عبيد فى المسلمين وهو على تَعْبِيَتِهِ فَٱلْتَقَوْا على بَاقُسْيَاثَا فَهَزَمَهُمُ المسلمون وهرب الجالنوس واقام ابو عبيد قد غَلَبَ على تلك ٱلْبِلَادِ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة وَمُجَالِدٍ وزياد بِإِسْنَادِهِمْ قالوا أَتَاهُ اولئك الدهاقين ٱلْمُتَرَبِّصُونَ جميعا بما وَسِعَ الجُنْدَ وهابوا

milites non vescuntur;" cibumque illum iis reddidit. Deinde Abu obeid iter ingressus Bârûsmam tetendit; quo loco, Gâlenûsum accedere, comperit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Ennadr ben essurri Dabbita ea compererat. Qui dixit: Abu obeido eadem obtulit El enderseass ben el charkebod, quae Furrûch ac Eurûndâd obtulerant. Tum illis Abu obeid: „num etiam militibus, inquit, hunc honorem, hancque coenam obtulistis?" Persae quum respondissent: „iis haec non obtulimus" munus illud Abu obeid iis reddidit, dixitque: „nobis opus non est hac re; homo ignavus sano esset Abu obeid, si cum hominibus ex patria profectis iter faciens, qui pro ipsius salute sanguinem suum profuderunt, quanquam ipse sanguinem suum non profudit, iam rem quandam, qua potitur, sibi soli vindicaret, illis exclusis. Igitur ille, per Deum, rebus a vobis allatis, vel a Deo ipsi concessis, non vescetur, nisi iisdem milites gregarii vescuntur."

Haec nobis tradidit Ebn homeid, qui dixit: Salama narrationem ab Ebn ishâk acceptam nobis tradidit, quae cum hac Seifi narratione, quam a magistris suis acceperat, fere consentit, quantum ad El mothaunam âtque Abu obeidam ben mesûd ab Omaro in El irâkam ad debellandam gentem paganam emissos, proeliaque ab iis ibi edita, adtinet. Haec vero illo addit: Gâlenûso eiusque militibus profligatis, Abu obeid Bârûsmam intravit, atque eum suis in quodam illius terrae oppido consedit, quod eos recepit. Quo loco cibum quendam Abu obeido praepararunt, eique obtulerunt. Quo conspecto, Abu obeid: „is non sum, inquit, qui his vescar, ceteris Moslemis exclusis." Tum illi: „vescere his! nemo enim sociorum tuorum est, quin in hospitio suo eadem, vel etiam praestantiora, accipiat." Itaque Abu obeid illa comedit. Socii quum ad eum rediissent, quemnam cibum accepissent, interrogavit, atque illi quod genus cibi ipsis adlatum esset, exposuerunt.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Mohammedo, ac Talcha, Sijâdoque, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: Dschâbân atque Narses quum a Bûrâna auxilia petiissent, Gâlenûsum suppetias misit exercitui Dschâbâni ac Narsis, eumque primo ad Narsem accedere, deinde vero Abu obeidae occurrere iussit. Sed Abu obeid, ut Gâlenûsum praeveniret, cum exercitu iter ingressus est prius, quam ille accesserat. Deinde, quum iam advenisset ille, ei obviam ivit Abu obeid. Gâlenûs ad Bâkaschinâtham constitit, quae ad Bârûsmam pertinet. Abu obeid, acie instructa, cum Moslemis in eum invasit. Itaque ad Bâkaschinâtham signa contulerunt. Persae vero a Moslemis profligati sunt, fugaque se proripuit Gâlenûs. Quibus confectis, Abu obeid ibi constitit, agrumque illum in ditionem suam redegit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Mohammede, ac Talcha, Modschâledo, Sijâdoque, ad praeceptores suos pro-

وخافوا على أَنْفُسِهِمْ وَأَمَّا ٱلنَّضْرُ وَمُجَالِدٌ فَإِنَّهُمَا قَالَا قال ابو عبيد الم أُعْلِمْكُمْ أَنِّي لَسْتُ آكُلُ إِلَّا ما يَشْبَعُ مَنْ معى مِمَّنْ أَصَبْتُمْ بهم قالوا لم يَبْقَ أَحَدٌ إِلَّا قد أُتِيَ بِشِبْعِهِ من هذا فى رِحَالِهِمْ وَأَفْضَلَ فلما رَاحَ الناس عليه سَأَلَهُمْ عن قِرَى اهل الارض فَأَخْبَرُوهُ وانما كانوا قَصَّرُوا أَوَّلًا تَرَبُّصًا وَمَخَافَةَ عُقُوبَةِ أَهْلِ فَارِسَ وَأَمَّا مُحَمَّدٌ وَطَلْحَةُ وَزِيَادٌ فَإِنَّهُمْ قالوا فلما عَلِمَ قَبِلَ منهم وَأَكَلَ وَأَرْسَلَ الى قَوْمٍ كانوا ياكلون معه أَضْيَافًا عليه فَدَعَوْهُمْ الى الطعام وقد أَصَابُوا مِنْ نُزُلِ فَارِسَ ولم يَرَوْا انهم أَتَوْا ابا عبيد بشى فَظَنُّوا أَنَّهُمْ يُدْعَوْنَ الى مثل ما كانوا يُدْعَوْنَ اليه من غَلِيظِ عَيْشِ أَبِي عُبَيْدٍ وَكَرِهُوا تَرْكَ ما أَتَوْا به من ذلك فقالوا له قُلْ لِلْأَمِيرِ أَنَّا لا نَشْتَهِي شيا مع شى أَتَتْنَا به الدهاقين فَأَرْسَلَ اليهم أَنَّهُ طعام كبير من أَطْعِمَةِ ٱلْأَعَاجِمِ لِتَنْظُرُوا أَيْنَ هو مِمَّا أُتِيتُمْ به قَرْوٌ وَنَجْمٌ وَجَوْزَلٌ وَشِوَآءٌ وَخَرْدَلٌ فقال فى ذلك عَاصِمُ بْنُ عَمْرٍو وَأَضْيَافُهُ عِنْدَهُ

فَإِنْ تَكُ ذَا قَرْوٍ وَنَجْمٍ وَجَوْزَلٍ     فَعِنْدَ ٱبْنِ فَرُّوخٍ شِوَآءٌ وَخَرْدَلُ
وَقَرْوٌ رِقَاقٌ كَٱلْمَصَاحِفِ دُونَهُ     عَلَى مِزَعٍ فِيهَا بُقُولٌ وَجَوْزَلُ

وَقَالَ أَيْضًا

صَبَحْنَا بِٱلْبَقَايِسِ رَهْطَ كِسْرَى     صَبُوحًا لَيْسَ مِنْ خَمْرِ ٱلسَّوَادِ
صَبَحْنَاهُمْ بِكُلِّ فَتًى كَمِيٍّ     وَأَجْرَدَ سَابِحٍ مِنْ خَيْلِ عَادِ

ثُمَّ ٱرْتَحَلَ أَبُو عُبَيْدٍ وَقَدَّمَ المثنى وسار فى تَعْبِيَتِهِ حتى قَدِمَ الحِيرَةَ وقال ٱلنَّضْرُ وَمُجَالِدٌ ومحمد واصحابه تَقَدَّمَ عُمَرُ الى ابى عبيد فقال إِنَّكَ تَقْدَمُ على أَرْضِ المَكْرِ والخديعة والخيانة والجَبْرِيَّةِ تَقْدَمُ على قَوْمٍ قد جَرُؤُوا على ٱلشَّرِّ فَعَلِمُوهُ وَتَنَاسَوُا الخَيْرَ فَجَهِلُوهُ فَٱنْظُرْ كيف تكون فَٱحْرُزْ لِسَانَكَ ولا تُفْشِيَنَّ سِرَّكَ فَإِنَّ صَاحِبَ السِّرِّ ما ضَبَطَهُ مُتَحَصِّنٌ لا يُؤْتَى من وَجْهٍ يَكْرَهُهُ وَإِذَا ضَيَّعَهُ كان بِمَضِيعَةٍ

vocantibus. Qui dixerunt: tum praefecti illi provinciarum, qui eventum exspectaverant, omnes Abu obeido ea attulerunt, quibus exercitui satis factum est; iam enim illi sibimet ipsis timebant. Ennadr ac Modschâled vero haec tradiderunt: Abu obeid illis: „nonne vobis dixeram, inquit, me non comesturum esse, nisi ea, qnorum copia sociis meis facta est, quos jam invenistis?" Cui responderunt: „nemo jam est, quin eadem, vel etiam praestantiora, in mansione sua ad satietatem acceperit." Milites quum ad Abu obeidam rediissent, quaenam cibaria incolae illius terrae iis obtulissent, interrogavit, atque illi quod acceperant exposuerunt. Antea enim incolae ideo cibi parci fuerant, quia ipsi eventum rei exspectabant, atque ultionem ex Persis timebant. Addunt Mohammed, Talcha ac Sijâd: quod quum cognovisset Abu obeid, cibaria sibi oblata accepit, comeditque. Atque ad alios quosdam homines, qui velut convivae cum Abu obeida coenare solebant, nuntios misit, eosque ad coenam invitavit. Sed hi homines, qui ipsi dapes a Persis iam acceperant, Abu obeidae vero eiusdem generis cibaria oblata esse nesciebant, ad victum illum agrestem, ad quem Abu obeida eos invitare solebat, se iam invitari putarunt. Itaque, quum dapes sibi oblatas relinquere nollent, responderunt nuntio: „dic duci, nos praeter ea, quae provinciarum praefecti nobis obtulerunt, expetere nulla." Tum Abu obeid per nuntios haec iis significavit: „convivium magnum ex cibariis Persarum adparatum est, ut intelligatis, quantum haec ab iis distant, quae ipsi accepistis; adsunt placentae, herbae, columbulae, assum ac sinapi." In quam rem Assem ben amr, convivis praesentibus, dixit haec:

1. Si iam habes placentas, et herbas, columbulasque,
Apud Ebn furrâch exstant assum et sinapi,
2. Ac placentae tenues, veluti folia complicatae,
Impositaeque carnibus, repletae oleribus dactylisque.

Dixitque ille etiam haec:

1. Propinavimus ad Ef bakâisch genti Chosrois
Potum, qui non fuit ex vino Sewâdensi;
2. Propinare iis iussimus iuvenes armatos,
Glabrosque equos, veloces, ex equis Aditarum sumtos.

Deinde Abu obeida iter ingressus est, praemisso El mothanna, atque cum acie instructa El hiram rediit. Tradunt haec Ennadr, Modschâled, Mohammed, eiusque socii: Omar, ad Abu obeidam accedens, ei dixerat: „iam in terram plenam doli, astutiae, perfidiae, superbiaeque proficisceris, atque ad gentem, quae audax ad malitiam, eiusque peritissima est, probitatem vero oblivioni dedit, iamque nescit. Itaque vide, quid agas. Linguam cohibe, ne secreta tua prodas. Nam quicunque aliquid habet secretum, dum id continet, ita tutus est, ut a nulla parte incommodum ei adferri possit. Sed simul ut illud prodit, in discrimen incidit."

وَقْعَةُ ٱلْقُرْقُسِ وَيُقَالُ لَهَا ٱلْقُسُّ قُسُّ ٱلنَّاطِفِ وَيُقَالُ لَهَا الجِسْرُ وَيُقَالُ لَهَا ٱلْمَرْوَحَةُ ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ ٱلطَّبَرِيُّ رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عليه كَتَبَ إِلَيَّ السَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة وزياد بِإِسْنَادِهِمْ قالوا ولمّا رَجع الجالنوس الى رُسْتَمَ وَمَنْ أَفْلَتَ مِنْ جُنُودِهِ قال رستم أَيُّ ٱلْعَجَمِ أَشَدُّ على ٱلْعَرَبِ فيما تَرَوْنَ قالوا بَهْمَنُ جَاذَوَيْهِ فَوَجَّهَهُ ومعه فِيَلَةٌ وردّ الجَالِنُوسَ معه فقال له قَدِّمِ الجالنوس فان عاد لمثلها فَٱضْرِبْ عُنُقَهُ فَأَقْبَلَ بَهْمَنُ جَاذَوَيْهِ ومعه دِرَفْشُ كَابِيَانَ رَايَةُ كِسْرَى وكانت من جُلُودِ ٱلنُّمُرِ عَرْضَ ثَمَانِي أَذْرُعٍ فى طُولِ ٱثْنَى عَشَرَ ذِرَاعًا فَأَقْبَلَ ابو عبيد حتى نزل ٱلْمَرْوَحَةَ مع ٱلْبُرُوجِ وَٱلْعَاقُولِ فَبَعَثَ اليه بهمن جاذويه إِمَّا أَنْ تَعْبُرُوا الينا وَنَدَعُكُمْ وَٱلْعُبُورَ وَإِمَّا أَنْ تَدَعُونَا نَعْبُرُ اليكم فقال الناس لا تَعْبُرْ يا ابا عبيد إِنَّا نَنْهَاكَ عن ٱلْعُبُورِ قالوا له قُلْ لهم فَلْيَعْبُرُوا وكان من الناس عليه فى ذلك سَلِيطٌ فَلَجَّ ابو عبيد وَتَرَكَ ٱلرَّأْيَ وقال لا يَكُونُوا أَجْرَأَ على الموت مِنَّا بَلْ نَعْبُرُ اليهم فَعَبَرُوا اليهم فى مَنْزِلٍ ضَيِّقِ ٱلْمَطْرَدِ وَٱلْمَذْهَبِ فاقتتلوا يوما وابو عبيد فيما بين ٱلسِّتَّةِ وَٱلْعَشَرَةِ حتى اذا كان من آخِرِ ٱلنَّهَارِ وَٱسْتَبْطَأَ رَجُلٌ من ثقيف ٱلْفَتْحَ وَٱلَّفَ بين الناس فَتَصَافَحُوا بالسيوف وَضَرَبَ ابو عبيد ٱلْفِيلَ وَخَبَطَ ٱلْفِيلُ أَبَا عُبَيْدٍ وقد أَسْرَعَتِ السيوف فى اهل فارس وَأُصِيبَ منهم سِتَّةُ آلَافٍ فى ٱلْمَعْرَكَةِ ولم يَبْقَ. ولم يَنْتَظِرْ الا ٱلْهَزِيمَةَ فلما خُبِطَ ابو عبيد وقام عليه الفيل جَالَ المسلمون جَوْلَةً ثم تَمُّوا عليها وَرَكِبَهُمْ اهل فارس فَبَادَرَ

*Caput vicesimum secundum.*

## *Moslemi a Persis ad Kirkissam profligantur.*

Proelium ad Kirkissam commissum, quod etiam ad El kossam, id est Koss ennâtek, commissum vocatur, vel proelium pontis, vel proelium ad El marwaeham. Dicit Abu dschafer Taberistanensis, quem Deus misericordia amplectatur: haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Mohammede, Talcha, Sijâdoque, ad magistros suos provocantibus. Qui dixerunt: quum ad Rustemum rediissent Gâlenûs et qui de eius exercitu supererant, Rustem: „quemnam Persarum, inquit, strenuissimum Arabum repressorem futurum esse existimatis?“ Responderunt illi: „Behmen dschâdsûweih.“ Igitur hunc hominem, qui elephantum suum secum duxit, Rustem emisit, eique Gâlenûsum adiunxit, dixitque: „Gâlenûsum praemitte; si vero iterum sic rem gerit, collum ei praecide!“ Itaque Behmen prodiit, secum adducens vexillum Kâbijân, signum quoddam Chosrois, ex pellibus pantherinis confectum, quod octo cubita latum erat, duodecimque cubita longum. Prodiit etiam Abu obeid, occupavitque El marwaeham, atque El burûdsch et El âkûl. Tum ad eum Behmen hunc nuntium misit: „aut traiicite amnem, nobis transitum permittentibus, aut nobis amnem traiicere permittite!“ Homines vero Abu obeido dicebant: „traiicere noli, o Abu obeid! dissuademus tibi transitum.“ Addideruntque: „iube, ut illi traiiciant.“ Ex hominibus, qui id fieri vetabant, erat Selit. Sed contra dixit Abu obeid, consiliumque illud sprevit, dixitque: „ne illi nobis audaciores ad mortem oppetendam sint! itaque ad illos traiiciamus ipsi!“ Mox igitur Moslemi loco quodam, cui aditus angustus, angustusque exitus erat, ad hostes traiecerunt. Per diem unum ibi armis decertarunt; Abu obeid vero sex, vel decem circiter, millia secum habebat. Die iam in vesperam declinante, homo quidam Thakifita victoriam nimium diu tardari existimavit; tum igitur effecit, ut homines manus consererent, gladiisque se peterent. Abu obeid elephantum feriit; sed illum elephantus pedibus proculcavit. Gladii illo tempore in Persas ita iam saevierant, ut sex millia eorum in loco pugnae procubuissent, neque nisi cito eos profligatum iri exspectabatur. Simul ut vero Abu obeidum elephantus proculcavit, illius corpori superstans, cesserunt Moslemi, atque mox in fugam inclinati sunt; insequebantur vero Persae. Tum homo quidam Thakifita ad pontem properavit, eumque rupit. Itaque quum eo

رَجُلٌ من ثقيف الى الجِسْرِ فَقَطَعَهُ فَانْتَهَى ٱلنَّاسُ اليه والسيوف تَأْخُذُهُمْ من خَلْفِهِمْ فَتَهَافَتُوا فى ٱلْفُرَاتِ فاصابوا يَوْمَئِذٍ من المسلمين أَرْبَعَةَ آلَفٍ من بين غَرِيقٍ او قَتِيلٍ وَحَمَى ٱلْمُثَنَّى النَّاسَ وَعَاصِمٌ وَٱلْكَلَجُ ٱلضَّبِّيُّ وَمَذْعُورٌ حتى عَقَدُوا الجسر وَعَبَّرُوهُمْ ثم عَبَرُوا فى آثَارِهِمْ فاقاموا بِٱلْمَرْوَحَةِ والمثنى جريح وَٱلْكَلَجُ ومذعور وعاصم وكانوا حُمَاةَ ٱلنَّاسِ مع المثنى وَضَرَبَ من الناس بَشَرٌ كَثِيرٌ على وجوههم وَٱفْتَضَحُوا فى أَنْفُسِهِمْ وَٱسْتَحْيَوْا مِمَّا نزل بهم وَبَلَغَ ذَلِكَ عُمَرَ عن بَعْضِ مَنْ أَوَى الى المدينة فقال عُمَرُ عِبَادُ ٱللَّهِ ٱللَّهُمَّ إِنَّ كُلَّ مُسْلِمٍ فى حِلٍّ مِنِّي إِنَّا فِئَةُ كُلِّ مُسْلِمٍ يَرْحَمُ الله ابا عبيد لو كان عَبَرَ فَٱعْتَصَمَ بِٱلْخَيْفِ او تَحَيَّزَ الينا ولم يَسْتَقْتِلْ لَكُنَّا له فِئَةً ❊

وَبَيْنَا أَهْلُ فَارِسَ يُحَاوِلُونَ ٱلْعُبُورَ اليهم أَتَاهُمُ الْخَبَرُ أَنَّ ٱلنَّاسَ بِٱلْمَدَائِنِ قد ثاروا بِرُسْتَمَ وَنَقَضُوا الذى بينهم وبينه فصاروا فِرْقَتَيْنِ ٱلْفَهْلُوجُ عَلَى رُسْتَمَ وَأَهْلُ فَارِسَ عَلَى ٱلْفَيْرُزَانِ وكان بين وَقْعَةِ ٱلْيَرْمُوكِ والجِسْرِ أَرْبَعُونَ لَيْلَةً وكان الذى جاء بِالْخَبَرِ عن اليرموك جَرِيرُ بْنُ عَبْدِ ٱللَّهِ الحِمْيَرِيُّ والذى جاء بالخبر عن الجِسْرِ عَبْدُ ٱللَّهِ بْنُ زَيْدٍ ٱلْأَنْصَارِيُّ وليس بالذى رَأَى ٱلرُّؤْيَا فانتهى الى عُمَرَ وَعُمَرُ على ٱلْمِنْبَرِ فَنَادَى عُمَرُ الخبر يا عبد الله بن زيد قال أَتَاكَ الخَبَرُ ٱلْيَقِينُ ثم صَعِدَ اليه ٱلْمِنْبَرَ فَأَسَرَّ ذلك اليه وكانت اليرموك فى أَيَّامٍ من جُمَادَى ٱلْآخِرَةِ والجِسْرُ فى شَعْبَانَ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن المجالد وَسَعِيدِ بْنِ ٱلْمَرْزُبَانِ قالا وَٱسْتَعْمَلَ رُسْتَمُ على حرب أَبِي عُبَيْدٍ بَهْمَنَ جَاذُوَيْهِ وهو ذو الحاجب وَرَدَّ معه الجالنوس ومعه ٱلْفِيَلَةُ فيها فِيلٌ أَبْيَضُ عليه ٱلنُّخَلُ فَأَقْبَلَ فى ٱلدَّهْمِ وقد ٱسْتَقْبَلَهُ ابو عبيد حتى انتهى الى بَابِلَ فلما بَلَغَهُ ٱنْحَازَ حتى جعل ٱلْفُرَاتَ بينه وبينه فَعَسْكَرَ بِٱلْمَرْوَحَةِ ثم إِنَّ أَبَا عُبَيْدٍ نَدِمَ حين نَزَلُوا به وقال إِمَّا أَنْ تَعْبُرُوا إِلَيْنَا وَإِمَّا أَنْ نَعْبُرَ فَخَلِّفْ لَنَقْطَعَنَّ ٱلْفُرَاتَ اليهم وَلَنُحْبِقَنَّ ما صَنَعَ فَنَاشَدَهُ سَلِيطُ بْنُ قَيْسٍ ووجوه الناس وقالوا إِنَّ ٱلْعَرَبَ لَمْ تَلْقَ مِثْلَ جنود فَارِسَ مُذْ كَانُوا وَإِنَّهُمْ قد

pervenissent milites fugientes, quibus a tergo gladii instabant, certatim in Euphratem se proiecerunt. Quo factum est, ut hostes illo die quattuor millia Moslemorum delerent, quorum alii undis mersi, alii caesi sunt. El mothanna vero, Assem, El keledsch Dabbita, atque Medsûr, pro fugientibus propugnarunt, quoad pontem restituerunt, militesque transmiserunt; quo confecto, post illos ipsi transierunt, atque ad El marwacham consederunt. El mothanna vulnus acceperat, atque El keledsch quoque, et Medsûr, Assemque, qui cum El mothanna pro hominibus propugnaverant, saucii erant. Magna militum pars praeceps inde aufugit. Quos quidem infamiae suae pudebat; aegre enim ferebant, quod iis acciderat. Quod quum ex nonnullis hominibus, qui El medinam se receperant, Omar comperisset, dixit: „sunt illi servi Dei. O Deus! quemvis Moslemum excusatum habeo. Nos enim praesidio sumus cuivis Moslemo. Deus misericordia amplectetur Abu obeidum. Quodsi ad El chaifum recurrisset, vel ad nos se recepisset, neque mortem oppetivisset, ei fuissemus praesidio." Persae vero, quum in eo essent, ut ad Arabes traiicerent, certiores facti sunt, in urbe El madâïna homines seditionem contra Rustemum movisse, iamque ea rescidisse, quae inter ipsos illumque pacta fuerant. Unde exstiterunt partes duae; confines enim sequebantur Rustemum, Persae vero El firusânum. Inter proelium Iarmûkense ac proelium ad pontem interfuerunt noctes quadraginta. Nuntium post proelium Iarmûkense ad Omarum attulit Dscherir ben abd alla Himiarita, post proelium ad pontem vero Abd alla ben seid Anssârius, qui quidem ab eo, qui somnium somniavit, diversus est. Qui adventans Omarum in suggestu stantem invenit. Tum Omar ei succlamat: „nuntium expone, o Abd alla ben seid!" Ille vero: „adfertur tibi nuntius certus." Statim ipse in suggestum adscendit, nuntiumque Omaro in aurem insusurravit. Proelium Iarmûkense die quodam mensis Dschomâdae primi commissum est, proelium ad pontem vero mense Schaabâno.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex El modschâledo et Saîdo ben el mersubân ea comperrerat. Qui quidem dixerunt: Rustem bello contra Abu obeidum gerendo praefecit Behmenum dschâdsûweih, qui Dsul hâdschib vocabatur, atque Gâlenûsum iterum cum eo emisit. Behmen elephantos secum adduxit, inter quos elephantus quidam albus aderat, stragulis opertus. Cum ingenti multitudine accedenti illi obviam ivit Abu obeid, quoad ad Bâbelam pervenit. Tum, re comperta, ita deflexit, ut Euphrates inter ipsum atque illum interpositus esset, castraque ad El marwacham metatus est. Mox vero Abu obeid, quum hostes in propinquo consedissent, poenitere coepit; dixit enim ille: „aut ad nos traiicietis, aut ad vos traiiciemus." Iuravitque Abu obeid: „profecto, traiiciemus Euphratem illos invasuri, stulteque eum egisse commonstrabimus." Sed Selit ben kais, virique primarii, eum obsecrarunt, his verbis usi: „Arabes, ex quo exstiterunt, ex nobis talia agmina, qualia Persae iam adducunt, sibi occurrentia non habuerunt unquam. Adfluentes enim illi tantum exercitum, multitudinemque

حفلوا لنا فاستقبلونا من ٱلزُّهَآء وَٱلْعِدَّة بما لم يَلْقَنَا به أَحَدٌ منهم وقد نزلوا مَنْزِلًا لا لنا فيه مجال وَمَلْجَأٌ وَمَرْجِعٌ من فَرَّة الى كَرَّة فقال لا أَفْعَلُ جَبُنْتَ وَٱللّٰه وكان الرسول فيما بين ذى الحاجب وابى عبيد مَرْدَانْشَاهُ الخَصِىُّ فَأَخْبَرَهُمْ أَنَّ أَهْلَ فَارِسَ قد عَيَّرُوهُمْ فَٱزْدَادَ ابو عبيد مَحَكًا وَرَدَّ على اصحابه ٱلرَّأْيَ وَجَبَّنَ سَلِيطًا فقال سَلِيطٌ أَنَا والله أَجْرَأُ مِنْكَ نَفْسًا وقد أَشَارُوا عليك بِٱلرَّأْيِ وَسَتَعْلَمُ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْب عن سَيْف عن ٱلنَّضْرِ بْنِ ٱلسَّرِيِّ عن ٱلْأَغَرِّ ٱلْعِجْلِيِّ قال أَقْبَلَ ذُو الحاجب حتى وَقَفَ على شَاطِئِ ٱلْفُرَاتِ بِقُسِّ ٱلنَّاطِف وابو عبيد مُعَسْكِرٌ على شَطِّ ٱلْفُرَاتِ بِٱلْمَرْوَحَةِ فقال إِمَّا أَنْ تَعْبُرُوا الينا وَإِمَّا أَنْ نَعْبُرَ اليكم فقال ابو عبيد بَلْ نَعْبُرُ اليكم فَعَقَدَ ٱبْنُ صَلُوبَا الجِسْرَ للفريقين جميعًا وَقَبْلَ ذلك ما قد رَأَتْ دَوْمَةُ ٱمْرَأَةُ أَبِي عُبَيْدٍ رُؤْيَا وهى بِٱلْمَرْوَحَةِ أَنَّ رَجُلًا نزل من السماء بِإِنَاءٍ فيه شَرَابٌ فَشَرِبَ ابو عبيد وَجَبْرٌ فى أُنَاسٍ من اهله فَأَخْبَرَتْ بها ابا عبيد فقال هٰذِهِ إِنْ شاء الله ٱلشَّهَادَةُ وَعَهِدَ ابو عبيد الى الناس فقال إِنْ قُتِلْتُ فَعَلَيْكُمْ جَبْرٌ فَإِنْ قُتِلَ فَعَلَيْكُمْ فُلَانٌ حتى أَمَّرَ الذين شَرِبُوا من ٱلْإِنَاءِ على ٱلْوَلَاءِ من كَلَامِهِ ثم قال إِنْ قُتِلَ أَبُو ٱلْقَاسِمِ فعليكم ٱلْمُثَنَّى ثم نَهَدَ بالناس فَعَبَرُوا اليهم وَعَضَلَتِ ٱلْأَرْضُ باهلها وَٱلْحَمَ ٱلنَّاسَ الحَرْبُ فلما نَظَرَتِ الخُيُولُ الى ٱلْفِيَلَةِ عليها ٱلنُّخَلُ والخَيْلِ عليها ٱلتَّجَافِيفُ وَٱلْفُرْسَانِ عليهم الشُّعُرُ رَأَتْ شَيْئًا مُنْكَرًا لم تَكُنْ تَرَى مثله فَجَعَلَ المسلمون اذا حملوا عليهم لم تَقْدِمْ خيولهم فَإِذَا حملوا على المسلمين بِٱلْفِيَلَةِ والجَلَاجِل فَرَّقَتْ بين كَرَادِيسِهِمْ لا تقوم لها الخَيْلُ إِلَّا عَلَى نِفَارٍ وَخَرَقَهُمْ ٱلْفُرْسُ بِٱلنُّشَّابِ وَعَضَّ المسلمين ٱلْأَلَمُ وجعلوا لا يَصِلُونَ اليهم فَتَرَجَّلَ ابو عبيد وَتَرَجَّلَ النَّاسُ ثم مَشَوْا اليهم فَصَافَحُوهُمْ بالسيوف فجعلت ٱلْفِيَلَةُ لا تَحْمِلُ على جماعة إِلَّا دَفَعَتْهُمْ فنادى ابو عبيد ٱحْتَوِشُوا ٱلْفِيَلَةَ وَقَطِّعُوا بُطُنَهَا وَٱقْلِبُوا عنها اهلها وَوَاثَبَ هو ٱلْفِيلَ ٱلْأَبْيَضَ فَتَعَلَّقَ بِبِطَانِهِ

tantam in nos effundunt, quantam ex iis nullus alius nobis obiecit. Castra in loco posuerunt, qui spatium ad excurrendum nobis non praebet, neque refugium, neque occasionem a fuga ad impetum redeundi." Abu obeid vero: „tibi non obtemperabo; per Deum, timidus es." Internuntius inter Dsul hâdschibum atque Abu obeidum fuit Merdânschâh eunuchus. Qui quum Persas iam Arabes deridere diceret, Abu obeid, etiam gravius commotus, consilium amicorum prorsus repudiavit, Selitumque timidum esse clamavit. Tum Selit: „animosior sum, per Deum, quam tu! Sed quod consilium adtinet, illi te sapientiores so praestant. Sed ipse cognosces."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Ennadr ben essurri ea cognoverat, cui ab El aass Idschlita tradita fuerant. Qui dixit: accessit eo Dsul hâdschib, quoad in ripa Euphratis ad Koss ennâtek substitit; Abu obeid vero item in ripa Euphratis ad El marwacham castra posuerat. Tum ille Moslemis: „aut ad nos traiicietis, aut ad vos traiiciemus." Cui respondit Abu obeid: „minime hoc fiat! nos ad vos traiiciemus." Tum Ebn salûba pontem fecit, utrique exercitui patentem. Ante has res vero Dauma, Abu obeidi uxor, quum ipsa in El marwacha adesset, somnio viderat hominem de coelo descendentem, poculumque adferentem, potu repletum, ex quo biberent Abu obeid, atque Dschebr, nonnullique propinqui. Quod quum illa Abu obeido nuntiasset, ipse: „hoc quidem, si Deo placet, martyrium significat." Quam ob rem Abu obeid militibus haec praecepit: „si occidar, vobis praesit Dschebr; qui si occidatur, vobis praesit ille quidam;" atque ita omnes illos, qui ex poculo illo bibere visi erant, praefectos ex ordine ita constituit, ut in sermono suo progressus est. Porro dixit: „si Abul kâssem occidatur, tum El mothanna vobis praesit." Deinde, cum agmine profectus, ad hostes traiecit. Homines vix capiebat terra illa, moxque milites in aciem descenderunt. Equi Moslemorum vero, quum elephantos conspicerent stragulis opertos, equos cataphractis tectos, equitesque crinibus conspicuos, rem terribilem spectabant, prius non visam. Unde factum est, ut, quum Moslemi in hostem irruere vellent, equi ipsorum non progrederentur. Simul ut vero Persae cum elephantis ac tintinnabulis in Moslemos irruerunt, eorum turmas disiecerunt, neque resistebant equi, nisi consternati. Sagittis Persae lacerabant Moslemos, qui, quamvis dolore cruciabantur, tamen ad hostem pervenire non poterant. Itaque ex equo desiliit Abu obeid, desilieruntque milites, statimque in hostes progressi, eum gladiis in eos invaserunt. Tum elephanti, quotiescunque in cohortem irruerunt, toties ab ea repulsi sunt. Atque Abu obeid succlamavit suis: „adorimini elephantos, discindite ventrem eorum, custodesque ipsorum ex iis detrahite!" Ipse elephantum album aggressus, ex eius cingulo se suspendit, eumque vulneravit, hominesque in eo constitutos cecidit. Idemque facientes ceteri omnium elephantorum custodes deiecerunt, militesque eorum interfecerunt. Tum vero elephantus ille in Abu obeidum se proiecit, qui eius labium gladio percussit; sed elephantus manu illum abegit. Quum concidisset Abu obeid, elephantus eum proculcavit, atque in eo con-

فَقَطَعَهُ وَقَطَعَ الذين عليه وَفَعَلَ القوم مثل ذلك فما تَرَكُوا فيلا الا حَطُّوا أَهْلَهُ وَقَتَلُوا اصحابه فَأَهْوَى ٱلْفِيلُ لِأَبِى عُبَيْدٍ فَنَفَحَ مِشْفَرَهُ بالسيف فَٱتَّقَاهُ ٱلْفِيلُ بيده فَوَقَعَ فَخَبَطَهُ الفيل وقام عليه فلما بَصُرَ به الناس تَحْتَ الفيل خَشَعَتْ أَنْفُسُهُمْ وَأَخَذَ ٱللِّوَآءَ الذى كان أَمَّرَهُ بعده فَقَاتَلَ ٱلْفِيلَ حَتَّى تَنَحَّى عن ابى عبيد فَٱجْتَرَّهُ الى المسلمين فَأَحْرَزُوا شِلْوَهُ وَتَجَرَّمَ ثُمَّ الفيل بيده ذَاتَ ابى عبيد وَخَبَطَهُ الفيل وقام عليه وَتَتَابَعَ سَبْعَةٌ من ثقيف كُلُّهُمْ يَأْخُذُ ٱللِّوَآءَ وَيُقَاتِلُ حتى يموت ثُمَّ أَخَذَ ٱللِّوَآءَ ٱلْمُثَنَّى وهرب الناس فلما رَأَى عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ مَرْثَدٍ ٱلثَّقَفِىُّ ما لَقِىَ ابو عبيد وَخُلَفَآؤُهُ وما يَصْنَعُ الناس بَادَرَهُمُ الجِسْرَ فَقَطَعَهُ وقال أَيُّهَا ٱلنَّاسُ مُوتُوا على ما مات عليه أُمَرَآؤُكُمْ أَوْ تَظْفَرُوا وَأَجَارَ المشركون المسلمين الى الجِسْرِ وَخَشِعَ نَاسٌ فَتَوَاثَبُوا فى ٱلْفُرَاتِ فَغَرِقَ من لم يَصْبِرْ وَأَسْرَعُوا فيمن صَبَرَ وَحَمَى ٱلْمُثَنَّى وَفُرْسَانٌ من المسلمين ٱلنَّاسَ ونادى يا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ إِنَّا دُونَكُمْ فَٱعْبُرُوا على هِينَتِكُمْ ولا تَدْهَشُوا فَإِنَّا لن نُزَايِلَ حتى نَرَاكُمْ من ذلك الجانب ولا تُغَرِّقُوا أَنْفُسَكُمْ فَوَجَدُوا الجِسْرَ وَعَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ مَرْثَدٍ قَايِمٌ عليه يَمْنَعُ ٱلنَّاسَ من ٱلْعُبُورِ فَأَتَوْا به ٱلْمُثَنَّى فَضَرَبَهُ وقال ما حَمَلَكَ على الذى صَنَعْتَ قال لِيُقَاتِلُوا وَنَادَى مَنْ عَبَرَ فَجَآؤُوا بِعُلُوجٍ فَضَمُّوا الى السفينة التى قَطَعُوا سَفَآيِنَهَا وَعَبَرَ ٱلنَّاسُ وكان آخِرُ مَنْ قُتِلَ عند الجسر سَلِيطُ بْنُ قَيْسٍ وَعَبَرَ ٱلْمُثَنَّى وحَمَى جانبه فاضطرب عسكره وَرَامَهُمْ ذو الحاجب فلم يَقْدِرْ عليهم فلما عبر المُثَنَّى وحَمَى جَانِبَهُ أَرْفَضَّ عنه اهل المدينة وَبَقِىَ ٱلْمُثَنَّى فى قِلَّةٍ ✿

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن رَجُلٍ عن ابى عثمن ٱلنَّهْدِىِّ قال هَلَكَ يَوْمَئِذٍ أَرْبَعَةُ آلْفٍ وَهَرَبَ أَلْفَانِ وَبَقِىَ ثَلٰثَةُ آلْفٍ وَأَتَى ذَا الحَاجِبِ الخَبَرُ بِاخْتِلَافِ فَارِسَ فرجع بجنده وكان ذلك لِارْفِضَاضِهِمْ عنه وَجُرِحَ المثنى وَأُثْبِتَ فيه حَلَقٌ من دِرْعِهِ هَتَكَهُنَّ ٱلرُّمْحُ ✿

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُجَالِدٍ وَعَطِيَّةَ نَحْوًا مِنْهُ •

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عَنْ سَيْفٍ عن مجالد وَعَطِيَّةَ وَٱلنَّضْرِ أَنَّ أَهْلَ المدينة لما لَحِقُوا بالمدينة وَأَخْبَرُوا عمن سار فى البلاد ٱسْتَتَرُوا ٱسْتِحْيَآءً من ٱلْهَزِيمَةِ

stitit. Quem quum elephanto subiectum viderent milites, animum desponderunt; vexillum vero is arripuit, quem Abu obeid, si ipse occideretur, successorem sibi constituerat. Elephantum lacessivit, quoad ab Abu obeido desisteret. Deinde eum ad Moslemos traxit, qui, caventes sibi, eum depulerunt. Tum ibi elephantus manu sua tutudit Abu obeidam, eumque proculcavit, atque in eo constitit. Septem vero Thakifitae deinceps vexillum arripuerunt, dimicaruntque, donec occubuerunt. Denique vexillum arripuit El mothanna; milites vero in fugam se dederunt. Tum Abd alla ben marthad Thakifita, quum vidisset, quae passi essent Abu obeid, eiusque successores, quaeque iam facerent milites, ad pontem cucurrit, illos praevertens, eumque rupit, militibusque succlamavit: „o milites, morimini, quemadmodum duces vestri mortui sunt, aut profligate hostem!“ Quum polytheïstae Moslemos iam ad pontem pellerent, milites nonnulli cupido certaminque in Euphratem se praecipitarunt. Itaque submersi perierunt, qui non resistebant; qui vero resistebant, in eos involarunt hostes. Interim El mothanna cum equitibus nonnullis Moslemis pro militibus propugnabat, iisque adclamabat: „o homines! vos iam tuemur; itaque sic traiicite, ut illi vos vereantur, neve pavescatis ipsi; non decedemus, quoad transgressos vos ex hac ripa videamus; igitur in fluctus vos demergere nolite!“ In ponte stantem invenerunt Abd allam ben marthad, hominesque a traiiciendo prohibentem. Quem quum ad El mothannam adduxissent, plagas ei inflixit, dixitque: „quid ad ea, quae fecisti, te impulit?“ Respondit: „ut dimicarent.“ Deinde, quum iis, qui iam traiecerant, acclamasset, barbaros nonnullos adduxerunt, navesque eorum ad navem, quam absciderant, adligarunt. Tum amnem traiecerunt milites; extremus ad pontem vero occisus est Selit ben kais. Transiit etiam El mothanna, ripamque suam tuitus est. Exercitus quidem perturbatus erat; sed quum Dsul hâdschib in eos incurreret, eos dispellere tamen non potuit. Simul ut transiit El mothanna, ripamque suam tuitus est, Medinenses ab eo discesserunt, remansitque El mothanna cum militibus paucis. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex quodam homine ea cognoverat, cui ea tradiderat Abu othmân Nahdita. Qui dixit: perierunt illo die quattuor millia militum, qui partim caesi erant, partim fluctibus obruti; in fugam se disperserunt duo millia, remanseruntque tria millia. Dsul hâdschib vero, de dissidio Persarum certior factus, cum exercitu retro reversus est; quod, quia ab eo discedebant, fecit. Vulneratus est El mothanna, annulique nonnulli eius loricae, quos hasta disciderat, ei in corpus infixi sunt. Scripsitque ad me Essurri a Schoaibo accepta, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Modschâled atque Atijja ea cognoverat, cum illis fere consonantia.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Modschâledo, atque Atijja, atque Ennadro, ea cognoverat. Medinenses, quum El medinam pervenissent, hominesque ex viatoribus illam rem iam comperirent, a conspectu hominum

وَٱشْتَدَّ على عُمَرَ ذلك وَرَحِمَهُمْ وقال ٱلشَّعْبِيُّ قال عُمَرُ ٱللَّهُمَّ كُلُّ مُسْلِمٍ فى حِلٍّ مِنّى انا فِئَةُ كُلِّ مُسْلِمٍ مَنْ لَقِيَ ٱلْعَدُوَّ فَفُظِعَ بِشَىْءٍ من أَمْرِهِ فَإِنَّا لَهُ فِئَةٌ يَرْحَمُ ٱللَّهُ ابا عُبَيْدٍ لو كان ٱنْحَازَ الى ٱلْكَثِيبِ لَكُنَّا له فِئَةً وَبَعَثَ ٱلْمُثَنَّى بالخبر الى عُمَرَ مع عبد الله بن زيد وكان أَوَّلَ مَنْ قَدِمَ على عُمَرَ

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حَدَّثَنَا سَلَمَةُ عن مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ بِنَحْوِ خَبَرِ سَيْفٍ هذا فى أَمْرِ ابى عبيد وذى الحاجب وَقِصَّةِ حَرْبِهِمَا إِلَّا أَنَّهُ قال وقد كانت رَأَتْ دَوْمَةُ أُمُّ المُخْتَارِ بْنِ أَبِي عُبَيْدٍ أَنَّ رَجُلًا نَزَلَ من السماء مَعَهُ إِنَآءٌ فيه شراب من الجَنَّةِ فيما يَرَى النايم فَشَرِبَ منه ابو عبيد وَجَبْرُ بن ابى عبيد وَأُنَاسٌ من أَهْلِهِ ۞ وَقَالَ أَيْضًا فلما رَأَى ابو عبيد ما يَصْنَعُ الفيل قال ما لِهٰذِهِ ٱلدَّابَّةِ مِنْ مَقْتَلٍ قالوا اذا قُطِعَ مِشْفَرُهَا فَشَدَّ على الفيل فَضَرَبَ مِشْفَرَهَا فَقَطَعَهُ وَبَرَكَتْ عليه الفيل فَقَتَلَتْهُ ۞ وَقَالَ أَيْضًا فَرَجَعَتِ ٱلْفُرْسُ وَنَزَلَ ٱلْمُثَنَّى بْنُ حَارِثَةَ ٱلْلِيسَ وَتَفَرَّقَ الناس فَلَحِقُوا بالمدينة فكان اول مَنْ قَدِمَ المدينة بِخَبَرِ عَبْدُ الله بن زيد بن الحُصَيْنِ الخَطْمِيُّ فَأَخْبَرَ عند ذلك بِخَبَرِ ٱلنَّاسِ ۞ وَحَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حَدَّثَنَا سَلَمَةُ عن مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ عن عبد الله بن ابى بكر عن عَمْرَةَ ٱبْنَةِ عبد الرحمن عن عَائِشَةَ زَوْجِ ٱلنَّبِيِّ صلّى الله عليه وسلّم قال سَمِعْتُ عُمَرَ بْنَ الخَطَّابِ حين قَدِمَ عبد الله بن زيد فَنَادَى الخَبَرُ يا عبد الله بن زيد فقال أَتَاكَ الخَبَرُ يا امير المومنين فلما ٱنْتَهَى اليه أَخْبَرَهُ خَبَرَ ٱلنَّاسِ فما سَمِعْتُ بِرجل حَضَرَ أَمْرًا فَحَدَّثَ عنه كان أَثْبَتَ منه خَبَرًا فلما قَدِمَ فَلُّ ٱلنَّاسِ وَرَأَى عُمَرُ جَزَعَ المسلمين من المهاجرين والانصار من ٱلْفِرَارِ قال لا تَجْزَعُوا يا معشر المسلمين إِنَّمَا ٱنْحَزْتُمْ إِلَيَّ ۞ حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ٱبْنِ إِسْحٰقَ عن محمد بن عبد الرحمن عن الحصين وَغَيْرِهِ أَنَّ مُعَاذًا ٱلْقَارِيَّ أَخَا بَنِي النَّجَّارِ كان مِمَّنْ شَهِدَهَا فَفَرَّ يَوْمَئِذٍ فكان اذا قَرَأَ هذه ٱلْآيَةَ وَمَنْ يُوَلِّهِمْ يَوْمَئِذٍ دُبُرَهُ إِلَّا مُتَحَرِّفًا لِقِتَالٍ او مُتَحَيِّزًا الى فِئَةٍ فقد بَآءَ بِغَضَبٍ من الله وَمَأْوَاهُ جَهَنَّمُ وَبِئْسَ ٱلْمَصِيرُ بَكَى فيقول له عُمَرُ لا تَبْكِ يا مُعَاذُ أَنَا فِئَتُكَ وَإِنَّمَا ٱنْحَزْتَ إِلَيَّ

se occultabant, quia cladis acceptae ipsos pudebat. Quod Omar ita graviter tulit, ut misericordia eorum commoveretur. Tradidit Esschobius: dixit Omar: „o Deus! quemvis Moslemum excusatum habeo. Nos enim praesidio sumus cuivis Moslemo. Quicunque occurrit hosti, remque male gerit, ei sumus praesidio. Deus misericordia amplectetur Abu obeidum. Quodsi ad El kathibum recurrisset, ei fuissemus praesidio." Nuntium ad Omarum El mothanna misit Abd allam ben seid, qui primus ad Omarum pervenit.

Tradidit nobis Ebn homeid, dixitque: tradidit nobis Salama quae a Mohammed ben ishâk acceperat, consonanter cum illa Seifi narratione res inter Abu obeidum ac Dsul hâdschibum gestas, bellique eorum historiam, exponentia. Haec vero addidit: Dauma, mater El muchtâri ben abi obeid, hominem de coelo descendentem, poculumque potu repletum adferentem viderat somnio, exque eo poculo bibentes Abu obeidum, Dschebrum ben abi obeid, nonnullosque alios propinquos. Addiditque ille porro: Abu obeid, quum quae elephantus perpetraret, cerneret: „cuinam huius bestiae parti, inquit, vulnus letale infligitur?" Responderunt: „abscisso labio." Itaque ille, in elephantum incurrens, labium eius percussit, atque abscidit. Tum in genua procumbens elephantus illum obruit, necavitque. Addiditque illo porro: Persis retro reversis, El mothanna ben hâretha ad Ellissam consedit; milites vero discesserunt, El medînam petentes. Primus El medinam nuntium attulit Abd alla ben seid ben el hossain Hotamita. Atque tunc de hominibus retulit. Porro haec nobis tradidit Ebn homeid, dixitque: nobis ea tradidit Salama, qui ab Mohammed ben ishâk ea cognoverat, cui Abd alla ben abu bekr ea narraverat, qui ab Amra, filia Abd errachmâni, ea acceperat, cui ab Aïscha, uxore prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, tradita fuerant; dixit autem haec: Omarum ben el chattâb, quum ad ipsum accederet Abd alla ben seid, audivi succlamantem: „nuntium expone, o Abd alla ben seid!" Ille vero: „iam tibi adfertur nuntius, o princeps fidelium." Quum propius ad eum accessisset, de hominibus retulit, neque unquam hominem, qui rei interfuerat, adcuratius quem illum de ea referentem audivi. Deinde quum milites profugi eo accederent, atque Omar Moslemos, tum Mohâdscheros, tum Anssârios, propter fugam factam summo moerore adfectos videret: „nolite moerere, inquit, o Moslemorum coetus! Ad me quidem vos recepistis." Haec nobis tradidit Ebn homeid, dixitque: nobis ea tradidit Salama, qui ex Ebn ishâk ea compererat, cui a Mohammedo ben abd errachmân tradita fuerant, qui ab El hossain, aliisque, haec acceperat: Moâds, lector, ortus tribu Naddschâritarum, ex iis fuit, qui apud nos aderant, fugamque ceperunt illo die. Propterea, quoties hunc versiculum recitabat: „quicunque illo die tergum iis obvertit, nisi forte ad proelium recurrit, sive ad praesidium se recipit, is sane iram Dei sibi contrahit; domumque accipit gehennam, permalam sane mansionem" toties lacrimavit. Omar vero: „noli lacrimare, ei inquit, o Moâds! Equidem sum praesidium tuum; itaque ad me te recepisti."

خَبَرُ ٱلْيَسِ ٱلصُّغْرَى ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْب عن سَيْف عن محمد بن نُوَيْرَةَ وطلحة وَزِيَادٍ وَعَطِيَّةَ قالُوا وَخَرَجَ جَابَانُ وَمَرْدَانْشَاهْ حتى اخذ لهما الطريق وَهُمْ يَرَوْنَ انهم سَيَرْفَضُونَ ولا يشعرون بما جَآءَ ذا الحاجب من الخَبَرِ عن فُرْقَةِ فَارِسَ فَلَمَّا ٱرْفَضَّ اهل فَارِسَ وَخَرَجَ ذو الحاجب فى آثَارِهِمْ وَبَلَغَ المثنى ما فَعَلَهُ جابان ومردانشاه ٱسْتَخْلَفَ على الناس عَاصِمَ بْنَ عَمْرٍو وَخَرَجَ فى جريدة خيل يُرِيدُهُمَا وَظَنَّا أَنَّهُ هَارِبٌ فَٱعْتَرَضَاهُ فَأَخَذَهُمَا أَسِيرَيْنِ وَخَرَجَ أَهْلُ ٱلْيَسِ على اصحابهما فَأَتَوْهُ بهم أُسَرَآءَ وَعَقَدَ لهم بها ذِمَّةً وَقَدَّمَهُمَا وقال لهما أَنْتُمَا غَرَرْتُمَا أَمِيرَنَا وَكَذَبْتُمَاهُ وَٱسْتَغْرَرْتُمَاهُ فَضَرَبَ أَعْنَاقَهُمَا وَضَرَبَ أَعْنَاقَ ٱلْأُسَرَآءِ ثم رجع الى عسكره وَهَرَبَ أَبُو مِحْجَنٍ من ٱلْيَسِ ولم يرجع مع المثنى وكان جَرِيرُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ وَحَنْظَلَةُ بْنُ ٱلرَّبِيعِ وَنَفَرٌ ٱسْتَأْذَنُوا خالدا من سُوَى فَأَذِنَ لهم فَقَدِمُوا على ابى بكر فَذَكَرَ له جَرِيرٌ حَاجَتَهُ فقال أَعَلَى حالنا وَأَخَّرَهُ فيها فَلَمَّا وَلِيَ عُمَرُ دَعَاهُ بِٱلْبَيِّنَةِ فَأَقَامَهَا فكتب له عُمَرُ الى عُمَّالِهِ ٱلسُّعَاةِ فى ٱلْعَرَبِ كُلِّهِمْ مِمَّنْ كان فيه أَحَدٌ يَنْتَسِبُ الى بَجِيلَةَ فى الجاهلية وَثَبَتَ عليه فى الاسلام يُعَرِّفُ ذلك فَأَخْرَجُوهُ الى جَرِيرٍ وَوَعَدَهُمْ جَرِيرٌ مَكَانًا بين العراق والمدينة وَلَمَّا أَعْطَى جَرِيرٌ حَاجَتَهُ فى استخراج بَجِيلَةَ من الناس فَجَمَعَهُمْ فَأَخْرَجُوا له وَأَمَرَهُمْ بِٱلْمَوْعِدِ ما بين مَكَّةَ والمدينة والعراق تَشَاءَمُوا فقال لجرير ٱخْرُجْ حتى تَلْحَقَ بالمثنى فقال بَلِ ٱلشَّأْمَ فقال بل ٱلْعِرَاقَ فَإِنَّ ٱلشَّأْمَ

### *Caput vicesimum tertium.*

### *Moslemi Persas profligant ad El boweibum.*

Exponitur de expeditione Ellissensi minori. Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurrî, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Mohammede ben noweira, ac Talcha, ac Sijâdo, atque Atijja. Qui quidem dixerunt: Prodierunt Dschâbân ac Merdânschâh, quoad viam ingressi sunt; eos discedere videbant, neque compererant, quae Dsul hâdschibo de discordia Persarum relata fuerant. Quum igitur Persae discessissent, Dsul hâdschib vero illos subsequutus esset, atque El mothanna, quae Dschâbân ac Merdânschâh fecerant, comperisset, exercitui Assemum ben amr praefecit, ipso vero cum turma equitum profectus est, ducibus illis occursurus. Hi quidem, fugere eum putantes, ad eum accesserunt. Tum El mothanna utrumque cepit. Ellissenses in eorum comites incurrerunt, eosque ad El mothannam adduxerunt captivos, qui propterea illos in clientelam recepit. Deinde duos illos duces produxit, iisque: „vos quidem, inquit, ducem nostrum decepistis, mendaciisque eum fefellistis." Itaque utrique, ceterisque captivis, colla secuit; quibus peractis, ad exercitum rediit. Abu michdschan vero ex Ellissa aufugit, neque cum El mothanna reversus est. Dscherir ben abdalla atque Handala ben errabi, nonnullique alii, qui Suwao commorabantur, commeatum a Châledo petierant; quo impetrato, Abu bekrum adierunt. Cui Dscherir petitionem suam exposuit. Abu bekr vero respondit: „num in hoc rerum nostrarum statu?" eumque extraxit. Quum vero imperium suscepisset Omar, probationem rei a Dscheriro poposcit; quam attulit. Tum Omar, ut illi adnueret, litteras dedit ad profectos suos, quicunque iis Arabibus praeerant, inter quos homines degebant, qui tempore paganitatis ab Bedschilitis genus repetierant, idque etiam tempore islamismi sibi vindicabant, rem illam indicens. Itaque eos homines ad Dscherirum evocarunt, certumque conveniendi locum Omar iis ac Dscheriro constituit, inter El irâkam atque El medinam situm. Quum igitur Dscherir, quam petierat, Bedschilitarum evocationem obtinuisset, eosque undique collegisset, ipsique ad eum iam emissi essent, ac locum conveniendi inter Mekkam, et El medinam, atque El irâkam situm iis constituisset, septentrionem versus profecti sunt. Tum Omar Dscheriro: „ita proficiscere, inquit, ut ad El mothannam accedas." Sed ille: „minime vero, nam in Syriam tendo." Atque Omar: „mi-

قد قَوُوا على عَدُوِّهِمْ فَأَتَى حتى أَكْرَهَهُ فلما خرجوا له وَأَمَرَهُمْ بِٱلْمَوْعِدِ عَوَّضَهُ
لِإِكْرَاهِهِ وَٱسْتِصْلَاحًا له فجعل لَهُ رُبْعَ خُمْسٍ مِمَّا أَفَآءَ ٱللَّهُ عليهم فى غَزَاتِهِمْ
هذه له ولمن اجتمع اليه ولمن أُخْرِجَ له اليه من القبايل وقال ٱتَّخِذُونَا
طَرِيقًا فَقَدِمُوا ٱلْمَدِينَةَ ثم فَصَلُوا منها الى العراق مُمِدِّينَ لِلْمُثَنَّى
وَبَعَثَ عِصْمَةَ بن عبد الله من بَنِى عَبْدِ ٱلْحَرِثِ ٱلضَّبِّىَّ فيمن تَبِعَهُ من بَنِى
ضَبَّةَ وقد كان كَتَبَ الى اهل الرِّدَّةِ فلم يُوَافِ شَعْبَانَ أَحَدٌ إِلَّا رَمَى به
ٱلْمُثَنَّى ٱلْبُوَيْبَ ۞ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة
وزياد بِإِسْنَادِهِمْ قالوا وَبَعَثَ ٱلْمُثَنَّى بَعْدَ ٱلْجِسْرِ فيمن يَلِيهِ من ٱلْمُمِدِّينَ فَتَوَافَوْا
اليه فى جَمْعٍ عَظِيمٍ وَبَلَغَ رُسْتَمَ وَٱلْفَيْرُزَانَ ذلك وَأَتَتْهُمُ ٱلْعُيُونُ به
وبما ينتظرون من ٱلْأَمْدَادِ وَٱجْتَمَعَا على أَنْ يَبْعَثَا مِهْرَانَ ٱلْهَمَذَانِىَّ حتى
يَرَيَا من رَأْيِهِمَا فخرج مِهْرَانُ فى الخيول وَأَمَرَاهُ بالحيرة وبلغ ٱلْمُثَنَّى ٱلْخَبَرُ
وهو مُعَسْكِرٌ بِمَرْجِ ٱلسِّبَاخِ بين ٱلْقَادِسِيَّةِ وَخَفَّانَ فى الذين أَمَدُّوهُ من ٱلْعَرَبِ
عن خَبَرِ بَشِيرٍ وَكِنَانَةَ وَبَشِيرٌ يَوْمَئِذٍ بالحيرة فَٱسْتَبْطَنَ فُرَاتَ بَادَقْلَى
وارسل الى جرير ومن معه إِنَّا جَآءَنَا أَمْرٌ لم نَسْتَطِعْ معه القيام حتى
تَقْدَمُوا علينا فَعَجِّلُوا ٱللَّحَاقَ بنا وَمَوْعِدُكُمُ ٱلْبُوَيْبُ وكان جَرِيرٌ
مُمِدًّا له وَكَتَبَ الى عِصْمَةَ ومن معه وكان مُمِدًّا له بِمِثْلِ ذلك والى كُلِّ قَائِدٍ
أَظَلَّهُ بمثل ذلك وَخُذُوا على ٱلْجَوْفِ فَسَلَكُوا على القادسية والجوف وَمَنْ سَلَكَ
معه طريقه فَٱنْتَهَوْا الى المثنى وهو على ٱلْبُوَيْبِ مِمَّا يَلِى مَوْضِعَ
ٱلْكُوفَةِ اليوم وعليهم المثنى وهو بِإِزَآءِ مِهْرَانَ وعسكره فقال
المثنى لِرَجُلٍ من اهل ٱلسَّوَادِ ما يقال لِلرُّقْعَةِ التى فيها مِهْرَانُ وعسكره
قال بُسُوسِيَا فقال أَكْدَى مِهْرَانُ وهلك عسكره نَزَلَ مَنْزِلًا هو ٱلْبُسُوسُ وَأَقَامَ
بمكانه حتى كَاتَبَهُ مهران إِمَّا أَنْ تَعْبُرَ الينا وَإِمَّا أَنْ نَعْبُرَ اليكم
فقال المثنى ٱعْبُرُوا فَعَبَرَ مِهْرَانُ فنزل على شَاطِئِ ٱلْفُرَاتِ معهم فى ٱلْمِلْطَاطِ

nime hoc; in El irâkam tende! nam in Syria hostem iam superarunt." Renisus est, quoad Omar ad obsequium eum adegit. Deinde, quum iter ingrederentur, locumque conveniendi Omar iis constituisset, ut iter invitum ei compensaret, eumque sibi placaret, quadrantem quintae partis omnium praedarum, quas in hac expeditione Deus iis impertiturus esset, Dscheriro concessit, militibusque qui ei se iunxerant, quique ex tribubus variis ad eum evocati fuerant. Omar iis: „ad me tendite, inquit, iter." Primo itaque El medinam venerunt; deinde in El irâkam perrexerunt, subsidium laturi El mothannae. Porro Omar Ismam ben abd alla, ex familia Abd el hareth ortum, Dabbitam cum iis, qui ipsum sequebantur, Dabbitis emisit. Ad eos quoque, qui apostatae fuerant, litteras dederat, neque Schaabâno accessit ullus, quin eum ad El mothannam emitteret.

Exponitur de El boweibo. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque compererat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui quidem dixerunt: emissus est El mothanna post proelium ad pontem factum cum subsidiis, quae apud eum aderant; moxque magno numero ad eum accesserunt milites. De qua re certiores facti sunt Rustem atque El firusân; speculatores enim haec referebant, subsidiaque exspectare Moslemos. Quam ob rem illi communi consilio constituerunt, ut Mihrânum Hamadânensem emitterent, donec, quae agenda essent, statuissent. Itaque Mihrân cum equitatu iter ingressus est; duces vero El mothannae El hîram tenebant. Quam rem mox comperit El mothanna, qui in castris ad Mardsch Essibâch inter Kâdessijjam et Chaffânam cum Arabibus, qui subsidio venerant, commorabatur; nuntium enim accepit a Beschiro et Kenâna; Beschir autem tunc El hirae erat. Itaque El mothanna ad Euphratem Bâdeklensem se recepit, atque ad Dscherîrum, eiusque milites, hunc nuntium misit: „negotium nobis supervenit, cui pares non sumus, nisi vobis ad nos adiunctis; celeriter igitur ad nos accedite! conveniendi locum vobis constituo El boweibum." Nam Dscherîr ipsi subsidio missus erat. Porro ad Ismam, qui et ipse subsidio ei missus erat, eiusque milites eadem scripsit, eademque ad ceteros duces, qui prope ipsum erant; addiditque: „transite per El dschaufum!" Tum hi ad Kâdessijjam, atque El dschaufum, eosque, qui cum illo iter faciebant, profecti, ad El mothannam pervenerunt, qui ad El boweibum consederat, locum iam in confinio El kûfae situm. Exercitui, qui ex adverso Mihrâno, eiusque agmini, consedit, praeerat El mothanna. Qui homini cuidam Sewâdensi: „quomodo vocatur, inquit, locus ille, in quo consederunt Mihrân, ipsiusque agmen?" Respondit ille: „Basusja." Tum El mothanna: „iam concidit Mihrân, periitque eius agmen; consedit enim in mansione tinearum." Mansit El mothanna loco suo, quoad Mihrân ad eum scripsit haec: „aut ad nos traiicies, aut ad te traiiciemus." Cui respondit El mothanna: „traiicite!" Itaque Mihrân amnem traiecit, castraque in ripa Euphratis prope illos posuit ad El miltât.

فقال ٱلْمُثَنَّى كذلك للرجل ما يقال لِهَذِهِ ٱلرُّقْعَةِ التى نَزَلَهَا مِهْرَانُ واصحابه وعسكره قال شُومِيَا وذلك فى رَمَضَانَ فَنَادَى فى الناس ٱنْهَدُوا لِعَدُوِّكُمْ فَتَنَاهَدُوا وقد كان المثنى عَبَّى الجَيْشَ فجعل على مُجَنِّبَتَيْهِ مَذْعُورًا وَٱلنُّسَيْرَ وعلى المُجَرَّدَةِ عَاصِمًا وعلى ٱلطَّلَائِعِ عِصْمَةَ وَٱصْطَفَّ ٱلْفَرِيقَانِ وقام المثنى فيهم خَطِيبًا فقال إِنَّكُمْ صُوَّامٌ وَٱلصَّوْمُ مَرَقَّةٌ وَمَضْعَفَةٌ وَإِنِّى أَرَى مِنَ ٱلرَّأْيِ أَنْ تُفْطِرُوا ثم تَقَوَّوْا بالطعام على قتال عَدُوِّكُمْ قالوا نَعَمْ فَأَفْطَرُوا فَأَبْصَرَ رَجُلًا يَسْتَوْفِزُ وَيَسْتَنْتِلُ من ٱلصَّفِّ فقال ما بَالُ هذا فقالوا مِمَّنْ فَرَّ من ٱلزَّحْفِ يَوْمَ ٱلْجِسْرِ وهو يريد أَنْ يَسْتَقْتِلَ فَقَرَعَهُ بالرمح وقال لا أَبَا لك ٱلْزَمْ مَوْقِفَكَ فاذا اتاك قِرْنُكَ فَأَغْنِهِ عن صاحبك ولا تَسْتَقْتِلْ قال إِنِّى بذلك لَجَدِيرٌ فَٱسْتَقَرَّ وَلَزِمَ ٱلصَّفَّ ٭
كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن ابى اسحق ٱلشَّيْبَانِيِّ مِثْلَهُ.

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْف عن عَطِيَّةَ وعن سُفْيَانَ ٱلْأَحْمَرِيِّ عن ٱلْمُجَالِدِ عن ٱلشَّعْبِيِّ قالا قال عُمَرُ حين جَمَعَ بَجِيلَةَ ٱتَّخِذُونَا طَرِيقًا فَخَرَجَ سَرَوَانُ بَجِيلَةَ وَوَفْدُهُمْ نَحْوَهُ وَخَلَّفُوا ٱلْجُمْهُورَ فقال أَىُّ ٱلْوُجُوهِ أَحَبُّ اليكم قالوا ٱلشَّأْمُ فَإِنَّ أَسْلَافَنَا بها فقال بَلِ ٱلْعِرَاقُ فَإِنَّ ٱلشَّأْمَ فى كِفَايَةٍ فلم يَزَلْ بهم وَيَأْبَوْنَ عليه حتى عَزَمَ على ذلك وجعل لهم رُبْعَ خُمْسِ ما أَفَاءَ الله على المسلمين الى نصيبهم بِٱلْفَىْءِ فَٱسْتَعْمَلَ عَرْفَجَةَ على من كان مُقِيمًا على جَدِيلَةَ من بَجِيلَةَ وَجَرِيرًا على من كان من بَنِى عَامِرٍ وغيرهم وقد كان ابو بكر وَلَّاهُ قِتَالَ أَهْلِ عُمَانَ فى نَفَرٍ وَأَقْفَلَهُ حين غَزَا فى البحر فَوَلَّاهُ عُمَرُ عُظْمَ بَجِيلَةَ وقال ٱسْمَعُوا لهذا وقال لِلْآخَرِينَ ٱسْمَعُوا لِجَرِيرٍ فقال جَرِيرٌ لبجيلة تُقِرُّونَ بِهَذَا وقد كانت بَجِيلَةُ غَضِبَتْ على عَرْفَجَةَ فى ٱمْرَأَةٍ منهم وَقَدْ أَدْخَلَ علينا ما أَدْخَلَ فاجتمعوا فَأَتَوْا عُمَرَ فقالوا أَعْفِنَا من عَرْفَجَةَ فقال لا أُعْفِيكُمْ مِنْ أَقْدَمِكُمْ هِجْرَةً وَإِسْلَامًا وَأَعْظَمِكُمْ بَلَاءً وَإِحْسَانًا قالوا ٱسْتَعْمِلْ علينا رَجُلًا مِنَّا ولا تَسْتَعْمِلْ علينا نَزِيعًا فينا فَظَنَّ عُمَرُ أَنَّهُمْ يَنْفُونَهُ من نَسَبِهِ فقال ٱنْظُرُوا ما تقولون قالوا نقول ما تَسْمَعُ فَأَرْسَلَ الى عرفجة فقال إِنَّ هَؤُلَاءِ ٱسْتَعْفَوْنِى

El mothanna vero iterum inquit illi homini: „quomodo vocatur locus ille, in quo consederunt Mihrân, eiusque comites atque agmen?“ Respondit ille: „Schûmija.“ Agebantur autem haec mense Ramadâno. Tum El mothanna militibus succlamavit: „progredimini in hostes!“ certatimque illi progressi sunt. Aciem iam instruxerat El mothanna, alisque praefecerat Medsûrum atque Ennossairum, militibus expeditis Assemum, praecursoribus Ismam. Quum uterque exercitus ordines explicasset, El mothanna ad concionandum prodiit, suisque: „ieiunium servatis, inquit; quum vero ieiunium vos enervet ac frangat, ad rem accommodatum esse censeo, ut ieiunium solvatis, ciboque sumto ad debellandos hostes vos firmetis.“ Atque illi: „ita scilicet!“ ieiuniumque solverunt. Tum El mothanna hominem ibi conspexit iam prosilientem, atque ex ordine procurrentem; interrogavit igitur: „quo intendit ille?“ Responderunt: „est ex iis, qui illo die, quo proelium ad pontem editum est, e certamine aufugerunt, iamque mortem oppetere vult.“ El mothanna illum hasta tetigit, dixitque: „non sit tibi pater! locum tuum tene, atque, si adversarius te petit, fac, ut ille socio tuo carere possit; mortem oppetere noli!“ Cui ille: „sane hac re dignus sum;“ itaque substitit, atque in ordine mansit. Scripsit ad me Essurri a Schoaibo accepta, cui ab Abu ishâk tradita fuerant, cum illis consonantia.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex 'Atijja ea compererat, atque ex Sofjâno Achmarita, cui tradita fuerant ab El modschâledo, qui ab Esschobio ea cognoverat. Dixit uterque: Omar, quum Bedschîlitas coegisset: „ad me tendite, inquit, iter!“ Itaque ad eum profecti sunt principes Bedschilitarum, ac legati, relicto vulgo. Quibus Omar: „quaenam regio vobis exoptatior?“ Atque illi: „Syria; nam ibi maiores nostri vixerunt.“ Omar vero: „minime hoc; in El irâkam tendite! Syriae enim bene provisum est.“ Neque ab hac re destitit, quamquam illi renitebantur, quoad eam ratam fecit. Concessit iis vero quadrantem quintae partis praedarum, quas Deus Moslemis impertiturus esset, ad solitam singulorum portionem praedae adiiciendam. Deinde Arfadscham Bedschîlitis apud Dschedîlitas commorantibus praefecit; Dscherir vero iis praeerat, qui ex Ameritis aliisque erant. Abu bekr illum praefecerat Omâneusibus redeuntibus, eumque, quum bellum maritimum gessisset, redire iusserat. Omar vero maiori Bedschîlitarum parti eum praefecit, iisque dixit: „huic homini parete!“ ceterisque dixit: „parete Dscheriro!“ Tum Dscherir: „num hoc“ inquit Bedschilitis, ratum habetis“ nam Bedschîlitae propter feminam quandam succensebant Arfadschae „posteaquam ille nobis intulit ea quae intulit?“ Coniuncti igitur illi adierunt Omarum, eique dixerunt: „amove a nobis Arfadscham!“ Omar vero: „a vobis non amovebo eum, qui primus vestrum emigravit, islamismum amplexus, quique inter vos excellit fortitudine ac pietate.“ Tum illi: „praefice nobis virum nostra tribu ortum, non item extraneum!“ Omar quidem illos Arfadscham a tribu sua exigere putavit. Proinde dixit: „videte, quid dicatis.“

منكم وَزَعَمُوا أَنَّكَ لَسْتَ منهم فما عندك فقال صَدَقُوا وما يَسُرّنى أَنّى منهم أَنَا ٱمْرُؤ من ٱلْأَزْدِ ثم من بَارِقٍ فى كَهْفٍ لا يُحْصَى عَدَدُهُ وَحَسَبٍ غَيْرِ مُؤْتَشَبٍ فقال عُمَرُ نِعْمَ ٱلْحَىُّ ٱلْأَزْدُ يَأْخُذُونَ نصيبهم من الخير والشرّ قال عَرْفَجَةُ إِنَّهُ كان من شَأْنِى أَنَّ ٱلشَّرَّ تَفَاقَمَ فينا وَدَارُنَا وَاحِدَةٌ فَأَصَبْنَا ٱلدِّمَآءَ وَوَتَرَ بَعْضُنَا بَعْضًا فَٱعْتَزَلْتُهُمْ لما خِفْتُهُمْ فَكُنْتُ فى هَؤُلَآءِ أَسُودُهُمْ وَأَقُودُهُمْ فَحَفِظُوا عَلَىَّ لِأَمْرٍ دَارَ بينى وبين دهاقينهم فَحَسَدُونِى وَكَفَرُونِى فقال لا يَضُرُّكَ ٱعْتَزِلْهُمْ إِذْ كَرِهُوكَ وَٱسْتَعْمَلَ جَرِيرًا مكانه وَجَمَعَ له بَجِيلَةَ وَأَرَى جريرا وبجيلة أَنَّهُ يَبْعَثُ عَرْفَجَةَ الى ٱلشَّأْمِ فَحَبَّبَ ذلك الى جرير ٱلْعِرَاقَ وَخَرَجَ جَرِيرٌ فى قومه مُمِدًّا لِلْمُثَنَّى بْنِ حَارِثَةَ حتى نَزَلَ ذَا قَارٍ ثم ٱرْتَفَعَ حتى اذا كان بالجُلِّ والمثنى بِمَرْجِ السِّبَاخِ أَتَى المثنى الخَبَرُ عن حَدِيثِ بَشِيرٍ وهو بالحيرة أَنَّ ٱلْأَعَاجِمَ قد بَعَثُوا مِهْرَانَ وَنَهَضَ جرير من المدينة شَاخِصًا نَحْوَ الحِيرَةِ فَأَرْسَلَ المثنى الى جرير والى عِصْمَةَ بالحَثِّ وقد كان عَهِدَ اليهم عُمَرُ أَلَّا يَعْبُرُوا جِسْرًا ولا بَحْرًا إِلَّا بعد ظَفَرٍ فاجتمعوا بِٱلْبُوَيْبِ فاجتمع العسكران على شَاطِئِ ٱلْبُوَيْبِ ٱلشَّرْقِىِّ وكان البويب مُغِيضًا لِلْفُرَاتِ أَيَّامَ ٱلْمُدُودِ أَزْمَانَ فَارِسَ يَصُبُّ فى الجَوْفِ والمشركون بِمَوْضِعِ دَارِ ٱلرِّزْقِ والمسلمون بموضع السُّكُونِ

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ كَتَبَ إِلَىَّ السَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَطِيَّةَ والمُجَالِدِ بِإِسْنَادِهِمَا قالا وَقَدِمَ على عُمَرَ غُزَاةُ بَنِى كِنَانَةَ وَٱلْأَزْدِ فى سَبْعِ مِائَةٍ جَمِيعًا فقال أَىُّ ٱلْوُجُوهِ أَحَبُّ إِلَيْكُمْ قالوا ٱلشَّأْمُ فَإِنَّ أَسْلَافَنَا بها فقال ذلك قد كُفِيتُمُوهُ العراق العراق دَعُوا دُورًا قد قتل الله شوكتها وَعَدَدَهَا فَٱسْتَقْبِلُوا جِهَادَ قَوْمٍ قد حَوَوْا فُنُونَ العيش لَعَلَّ ٱللَّهَ أَنْ يُورِثَكُمْ بِقِسْطِكُمْ من ذلك فَتَعِيشُوا مع من عاش من الناس فقال غَالِبُ بْنُ فُلَانٍ ٱللَّيْثِىُّ وَعَرْفَجَةُ ٱلْبَارِقِىُّ كُلُّ وَاحِدٍ منهما لقومه وقاما فيهم يا عَشِيرَتَاهْ يا عَشِيرَتَاهْ أَجِيبُوا امير المومنين الى ما يَرَى وَٱمْضُوا له الى ما يُسْكِنُكُمْ قالوا إِنَّا قد أَطَعْنَاكَ وَأَجَبْنَا امير المومنين الى ما رَأَى وَأَرَادَ

Illi vero: „dicimus ea, quae audis." Tum Omar nuntium ad Arfadscham misit, eique: „illi homines, inquit, a me petunt, ut te ab iis amoveam, teque ex eorum tribu esse negant. Quid ais?" Respondit Arfadscha: „recte dicunt, neque, ut ex iis essem, mihi contigit. Equidem vir Esdita sum, ortus a Bârekitis, quorum numerus in caverna non concluditur, e stirpe nobili, haud mista.", Atque Omar: „o praeclaram gentem Esditarum! Suam partem sibi sumunt ex bonis malisque." Addidit Arfadscha: „quod vero rem meam adtinet, simultas mala mihi cum illis intercedit, quamvis una domo utamur; sanguinem fecimus, odioque mutuo nos prosequimur. Itaque ab illis recessi, mihi ab iis timens. Inter ipsos eos nobilissimus quidem sum, atque princeps; sed mihi succensent propter quandam rem, quae inter me eorumque duces acta est; invident mihi, meque repellunt." Tum Omar: „hoc nihil damni tibi adferet; recede ab iis, quoniam te aversautur." Itaque Omar in eius locum Dscherirum suffecit, Bedschilitasque huic adsignavit. Deinde Dscheriro Bedschilitisque significavit, se Arfadscham in Syriam emissurum esse; quae quidem res Dscheriro El irâkam reddidit optabiliorem. Itaque Dscherir cum gente sua iter fecit, subsidium laturus El mothannae ben hâretha, quoad consedit ad Dsû kâr. Inde procedens ad El hill pervenit; quo quidem tempore El mothanna in Mardsch essibâch commorabatur. Tum El mothanna per nuntium Beschiri, qui El hirae erat, certior factus est, Persas emisisse Mihrânum, Dscherirum vero ex El medina egressum iam El hiram tendere. Itaque El mothanna ad Dscherirum et Ismam nuntios misit, qui ad festinandum eos excitarent. Omar vero iis interdixerat, ne pontem ullum transirent, neque amnem, nisi post victoriam reportatam. Mox coierunt ad El boweibum; uterque autem exercitus in ripa El boweibi orientali consedit. El boweib aquas Euphratis, quum accrescerent, diminuebat tempore Persarum, atque in El dschaufam effundebatur. Polytheïstae ibi locum Dâr errisk occupaverant, Moslemi locum Sukûn.

Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui a Seifo ea cognoverat, cui ab Atijja atque El modschâled tradita fuerant, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: accesserunt ad Omarum milites Kenânitarum atque Esditarum, quorum septingenti erant, coniuncti. Quibus Omar: „quaenam regio vobis exoptatior?" Atque illi: „Syria; nam ibi maiores nostri vixerunt." Omar vero: „haec res vobis iam provisa est; in El irâkam tendite! mittite domus, quarum potentiam ac robur Deus iam evertit! Suscipite bellum contra gentem gerendum, varia victus copia instructam! Fortasse Deus ex his vobis portionem vestram impertibit, ut vivatis cum ceteris, qui vivunt, hominibus!" Tum Gâleb ben fulân Leithita, atque Arfadscha Bârekita, suae quisque genti dixerunt, in concionem procedentes: „o gens! o gens! obsequimini principi fidelium, eiusque consilio, atque in partem ab eo vobis adsignatam contendite!" Responderunt milites: „tibi obtemperamus, obsequimurque principi fidelium, eiusque consilio ac voluntati." Proinde Omar fausta iis apprecatus est, atque

قدها لهم عُمَرُ بخيره وقال لهم وَأَمَّرَ على بَنِي كِنَانَةَ غَالِبَ بْنَ عبد الله وَسَرَّحَهُ وَأَمَّرَ على ٱلْأَزْدِ عَرْفَجَةَ بْنَ هَرْثَمَةَ وَعَامَّتُهُمْ من بارق بِرُجُوعِ عَرْفَجَةَ اليهم فخَرَجَ هذا في قومه وهذا في قومه حتى قَدِمَا على ٱلْمُثَنَّى

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وعمرو باسنادهما قالا وَخَرَجَ هِلَالُ بْنُ عُلَّفَةَ ٱلتَّيْمِيُّ فيمن اجتمع اليه من ٱلرِّبَابِ حتى أَتَى عُمَرَ فَأَمَّرَهُ عليهم وَسَرَّحَهُ فَقَدِمَ على ٱلْمُثَنَّى وَخَرَجَ ٱبْنُ ٱلْمُثَنَّى ٱلْجُشَمِيُّ جُشَمِ سَعْدٍ حتى قدم عليه فَوَجَّهَهُ وَأَمَّرَهُ على بنى سَعْدٍ فقدم على المثنى ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلْمُجَالِدِ عن ٱلشَّعْبِيِّ وَعَطِيَّةَ باسنادهما قالا وَجَآءَ عَبْدُ ٱللَّهِ بْنُ ذِي ٱلسَّهْمَيْنِ في أُنَاسٍ من خَثْعَمٍ فَأَمَّرَهُ عليهم وَوَجَّهَهُ الى ٱلْمُثَنَّى فَخَرَجَ نَحْوَهُ حتى قدم عليه ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وعمرو باسنادهما قالا وَجَاءَ رِبْعِيٌّ في أُنَاسٍ من بَنِي حَنْظَلَةَ فَأَمَّرَهُ عليهم وَسَرَّحَهُمْ فخرجوا حتى قَدِمَ بهم الى المثنى فَرَأَّسَ بَعْدَهُ ٱبْنَهُ شَبَثُ بْنُ رِبْعِيٍّ وَقَدِمَ عليه أُنَاسٌ من بَنِي عَمْرٍو فَأَمَّرَ عليهم رِبْعِيَّ بْنَ عَامِرِ بن خالد ذِي ٱلْعُنُقِ وَأَلْحَقَهُ بالمثنى وَقَدِمَ عليه قوم من بَنِي ضَبَّةَ فجعلهم فِرْقَتَيْنِ فجعل على إِحْدَى الفرقتين أَبَا ٱلْهَرِيرِ وعلى ٱلْأُخْرَى ٱلْمُنْذِرَ بْنَ حَسَّانَ وَقَدِمَ عليه قُرْطُ بْنُ جَمَّاحٍ في عبد القيس فَوَجَّهَهُ وقالوا جميعا أَجْمَعَ ٱلْفَيْرُزَانُ وَرُسْتَمُ أَنْ يَبْعَثَا مِهْرَانَ لقتال المثنى وَٱسْتَأْذَنُوا بُورَانَ وكانا اذا أَرَادَا شَيْئًا دَنَوَا من حِجَابِهَا حتى يُكَلِّمَاهَا فقالا بالذى رَأَوْا وَأَخْبَرَاهَا بِعَدَدِ الجيش وَكَانَتْ فَارِسُ لا تُكْثِرُ ٱلْبُعُوثَ حتى كان من ٱلْعَرَبِ ما كان فَلَمَّا أَخْبَرَاهَا بكثرة عدد الجيش قالت مَا بَالُ أَهْلِ فَارِسَ لا يخرجون الى ٱلْعَرَبِ كما كانوا يخرجون قَبْلَ ٱلْيَوْمِ وما لَكُمَا لا تَبْعَثَانِ كما كانت الملوك تَبْعَثُ قَبْلَ ٱلْيَوْمِ قالا إِنَّ ٱلْهَيْبَةَ كانت مع عَدُوِّنَا يَوْمَئِذٍ وَإِنَّهَا فينا اليوم فَمَالَأَتْهُمْ وَعَرَفَتْ ما جَآءُوهَا بِهِ فَمَضَى مِهْرَانُ في جنده حتى نزل من دُونِ ٱلْفُرَاتِ وَٱلْمُثَنَّى وَجُنْدُهُ على شَاطِئِ الجسر وَٱلْفُرَاتُ بينهما وَقَدِمَ أَنَسُ بْنُ هِلَالٍ ٱلنَّمَرِيُّ مُمِدًّا لِلْمُثَنَّى في أُنَاسٍ من ٱلنَّمِرِ

acclamavit. Praefecit Kenânitis Gâlebum ben abd alla, eumque emisit. Praefecit Esditis, qui maximam partem Bârekitae erant, Arfadscham ben harthama, quum Arfadscha ad eos rediisset. Itaque et ille, et hic, sua quisque cum gente, iter fecerunt, donec ad El mothannam pervenerunt.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede atque Amro ea comprerat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui quidem dixerunt: prodiit Hilâl ben ullufa Teimita cum Ribâbitis, qui ei se iunxerant, atque Omarum adiit; qui eum illis hominibus praefecit, atque emisit. Itaque ad El mothannam perrexit. Porro prodiit Ebn el mothanna Dschoschamita, ortus tribu Dschoscham Saad, Omarumque adiit; qui eum emisit, Saaditisque praefecit. Itaque ad El mothannam perrexit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex El modschâled ea compererat, cui ab Esschobio atque Atijja tradita fuerant, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: deinde prodiit Abd alla ben dsis sahmein cum nonnullis hominibus Chathamitis. Quem Omar iis praefecit, atque ad El mothannam emisit. Itaque iter ad eum tetendit, atque ad eum accessit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede atque Amro ea compererat, ad praecepteres suos provocantibus. Qui dixerunt: advenit etiam Ribi cum nonnullis hominibus Handalitis, quibus Omar eum praefecit; deinde eos emisit. Itaque iter ingressus ille, ad El mothannam eos homines deduxit. Post eum profectum genti praefuit ipsius filius, Schebeth ben ribi. Porro ad Omarum venerunt nonnulli homines Amritae; quibus praefecit Ribium ben âmer ben chûled dsil unk. Quem et ipsum ad El mothannam misit. Deinde ad Omarum venerunt homines Dabbitae, quos in agmina duo dispertivit; alteri praefecit Abul harîrum; alteri El moudsirum ben hassân. Porro ad Omarum venit Kurt ben dschammâch cum Abdelkaissitis; quem et ipsum emisit. Dixerunt illi omnes: El firusân ac Rustem communi consilio Mihrânum emittendum esse censuerunt, ut bellum inferret El mothannae; quod ut iis concederetur, a Bûrâna petierunt. Quotiescunque autem ab ea aliquid consequi vellent, ad eius aulaeum accedebant, ut cum ea colloquerentur. Itaque ad eam retulerunt id quod viderant, atque de numero exercitus certiorem eam fecerunt. Persae agmina magna non emiserunt, donec Arabes has quidem res egerunt. Itaque Bûrâna, quum de magno exercitus numero illi certiorem eam facerent: „quid est, inquit, cur Persae contra Arabes sic non prodeant, ut superiori tempore prodierunt? Atque quid est causae, cur qualia agmina reges superiori tempore emittebant, talia iam non emittatis?" Responderunt illi: „illo tempore hostes verecundiam habebant; iam ipsorum pediculi nos petunt." Tum regina cognovit, quae illi ad ipsam referrent. Itaque Mihrân cum exercitu profectus, ad Euphratem consedit, atque El mothanna quoque cum exercitu in ripa amnis ita consederat, ut iam inter utrumque agmen Euphrates interpositus esset. Subsidium El mothannae laturi eo advenerunt Anas ben hilâl

وَرَجُلٌ آخَرُ في أُنَاسٍ من بَنِي تَغْلِبَ نَصَارَى وَجُلَّابٍ جَلَبُوا خيلا وهو عبد الله بن كُلَيْبِ بن خالد وقالوا حين رَأَوْا نُزُولَ ٱلْعَرَبِ بِالْعَجَمِ نُقَاتِلُ مع قومنا وقال مهران إِمَّا أَنْ تَعْبُرُوا الينا وَإِمَّا أَنْ نَعْبُرَ اليكم فقال المسلمون ٱعْبُرُوا إِلَيْنَا فارتحلوا من بُسُوسَيَا الى شُومِيَا وهى مَوْضِعُ دَارِ ٱلرِّزْقِ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عُبَيْدِ ٱللَّهِ بْنِ مُحَفِّزٍ عن ابيه أَنَّ ٱلْعَجَمَ لما أَذِنَ لهم في العبور نزلوا شُومِيَا مَوْضِعَ دَارِ ٱلرِّزْقِ فَتَعَبَّوْا لما جَاؤُوا هنالك فَأَقْبَلُوا الى المسلمين في صُفُوفٍ ثَلَاثَةٍ مع كلّ صَفٍّ فِيلٌ وَرَجْلُهُمْ أَمَامَ فِيلِهِمْ وَجَاؤُوا لهم زَجَلٌ فقال المثنى للمسلمين ٱلَّذِي تَسْمَعُونَ فَشَلٌ فَٱلْزَمُوا ٱلصَّمْتَ وَٱئْتَمِرُوا بينكم هَمْسًا فَدَنَوْا من المسلمين وَجَاؤُوهُمْ من قِبَلِ نَهْرِ بَنِي سُلَيْمٍ نَحْوَ مَوْضِعِ نهر بنى سليم ٱلْيَوْمَ فلما دَنَوْا زَحَفُوا وَصَفَّ المسلمين فيما بين نهر بنى سليم ٱلْيَوْمَ وما وراءها ✽ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة قالا وكان على مُجَنِّبَتَيِ ٱلْمُثَنَّى بَشِيرٌ وَبُسْرُ بْنُ أَبِي رُهْمٍ وعلى مُجَرَّدَتِهِ ٱلْمُعَنَّى وعلى ٱلرَّجْلِ مَسْعُودٌ وعلى الطلايع قبل ذلك اليوم ٱلنُّسَيْرُ وعلى ٱلرِّدْءِ مَذْعُورٌ وكان على مُجَنِّبَتَيْ مِهْرَانَ ٱبْنَ ٱلْآزَاذْبِهِ مَرْزُبَانُ الحِيرَةِ وَمَرْدَانْشَاهُ ولما خرج ٱلْمُثَنَّى طاف في صُفُوفِهِ يَعْهَدُ اليهم عَهْدَهُ وهو على فَرَسِهِ ٱلشَّمُوسِ وكان يُدْعَى ٱلشَّمُوسَ من لِينِ عَرِيكَتِهِ وَلِطَهَارَتِهِ فكان اذا رَكِبَهُ قَاتَلَ وكان لا يَرْكَبُهُ إِلَّا لِقِتَالٍ يُوَدِّعُهُ ما لم يكن قِتَالٌ فَوَقَفَ على ٱلرَّايَاتِ رَايَةً رَايَةً يُحَضِّضُهُمْ وَيَأْمُرُهُمْ بِأَمْرِهِ وَيَهُزُّهُمْ بما فيهم تَحْضِيضًا لهم ولكلهم يقول إِنِّي لَأَرْجُو أَنْ لا تُؤْتَى ٱلْعَرَبُ من قِبَلِكُمُ ٱلْيَوْمَ والله ما يَسُرُّنِي اليوم لنفسى شى إِلَّا وهو يَسُرُّنِي لِعَامَّتِكُمْ فيجيبونه بمثل ذلك وَأَنْصَفَهُمُ المثنى في القول والفعل وَخَلَطَ ٱلنَّاسَ في المكروه والمحبوب فلم يَسْتَطِعْ أَحَدٌ منهم أَنْ يَعِيبَ له قولا ولا عَمَلًا ثم قال إِنِّي مُكَبِّرٌ ثَلَاثًا فَتَهَيَّؤُوا ثم ٱحْمِلُوا مع الرابعة فلما كَبَّرَ أَوَّلَ تَكْبِيرَةٍ رَكَدَتْ خَيْلُهُمْ وَحَرَّبَهُمْ مَلِيًّا فلما رَأَى ٱلْمُثَنَّى خَلَلًا في بَعْضِ صُفُوفِهِ فارسل اليهم رجلا وقال

Namirita cum nonnullis Namiritis, homoque alius cum nonnullis Taglebitis christianis, mangonibusque equos venum ducentibus, qui quidem Abd alla ben koleib ben châled erat. Qui homines, quum Arabes contra Persas progredi viderent, dixerunt: „cum gente nostra coniuncti dimicemus!" Mihrân vero Moslemis: „aut ad nos traiicietis, inquit, aut ad vos traiiciemus." Responderunt Moslemi: „traiicite ad nos!" Itaque illi ex Busûsja ad Schûmijam tetenderunt, quae locus Dâr erriski est.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben michsan ea compererat, cui a patre tradita fuerant: Persae, quum traiiciendi potestatem iis fecisset, consederunt ad Schûmijam, locum Dâr erriski. Quo quum pervenissent, aciem instruxerunt, atque contra Moslemos prodierunt, in ordines tres distributi. Singulis ordinibus elephantus unus adiunctus erat; pedites vero ante elephantum suum collocati erant. Cum clamore in Moslemos invaserunt. Tum El mothanna: „quod auditis, inquit Moslemis, turpe est; silentio utimini, atque inter vos colloquimini submissa voce!" Moslemos illi adgressi sunt, irruentes ab anteriore parte Nahri beni soleim, atque ad locum, quem Nahr beni soleim hoc tempore obtinet, conversi. Quum cominus accessissent, impetum fecerunt. Acies Moslemorum vero inter eum locum, quem Nahr beni soleim hoc tempore obtinet, et quae post eum sita sunt, instructa erat. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede et Taleha ea compererat. Qui quidem dixerunt: alis El mothannae praeerant Beschîr ac Bischr ben abi rohm, militibus eius expeditis El moanna, peditibus Mesûd; praecursoribus ante hunc diem praefuerat Ennossair; subsidiariis praeerat Medsûr. Alis Mihrâni praeerant Ebn el asâdsubeh, praeses El hîrae, ac Merdânschâh. El mothanna, quum prodiisset, per ordines circumivit, mandataque militibus dedit, vectus Esschamûsso, equo suo, qui Esschamûs vocabatur propter indolem lenem, docilitatemque. Quotiescunque eum conscendebat, dimicaturus erat; nam eo non utebatur, nisi ad proelium, eumque dimittebat quamdiu non pugnabatur. Ad singula signa substitit, cohortans milites, praeceptaque sua exponens, eosque iis excitans, quae ad eos cohortandos facerent. Singulis autem dicebat: „spero fore, ut Arabes hoc die a parte vestra non invadantur; neque hoc die aliquid mei causa gratum mihi eveniet, quod non vestrum omnium quoque causa gratum mihi eveniat." Atque eadem milites ei polliciti sunt. Aequum iis se praebuit El mothanna, quum dictis, tum factis, bonaque malaque una cum militibus ita toleravit, ut nemo ullum eius dictum reprehendere posset, neque factum. Deinde El mothanna: „ter laudem Deo dicam; tum vos accingite, quartaque laude dicta, impetum facite!" Quum primam laudem dixisset, equitatus eorum, atque dimicatio, paullulum subsedit. El mothanna, lacunis in quodam ordine visis, hominem ad eos milites misit, haec nuntiantem: „princeps salutem vobis dicit, additque: cavete, ne Moslemis hodie ignominiam

إِنَّ ٱلْأَمِيرَ يَقْرَأُ عليكم ٱلسَّلَامَ ويقول لا تَفْضَحُوا المسلمين اليوم فقالوا نَعَمْ وَٱعْتَدَلُوا
وَجَعَلُوا قبل ذلك يَرْوُنَهُ وهو يَمُدُّ لِحْيَتَهُ لِمَا يَرَى منهم فَٱعْتَبُوا بِأَمْرٍ لم يَجِئْ به
أَحَدٌ من المسلمين يوميذ فَرَمَقُوهُ فَرَأَوْهُ يَضْحَكُ فَرَحًا والقوم بين مُجَلٍّ وما وَرَآءَهَا
فلما طال القتال وَٱشْتَدَّ عَمَدَ المثنّى الى أَنَسِ بْنِ هِلَالٍ فقال يا أَنَسُ إِنَّكَ ٱمْرُءٌ عَرَبِيٌّ
وَإِنْ لَمْ تَكُ على دِينِنَا فاذا رَأَيْتَنِي قد حَمَلْتُ على مِهْرَانَ فَٱحْمِلْ مَعِي وقال لِأَبْنِ
ذِى ٱلسَّهْمَيْنِ مثل ذلك فاجابه فَحَمَلَ المثنّى على مِهْرَانَ فَأَزَالَهُ حتى دخل فى مَيْمَنَتِهِ
ثم خَالَطُوهُمْ فَٱجْتَمَعَ ٱلْقَلْبَانِ وارتفع الغبار وَالْمُجَنِّبَاتُ تُقْتَتَلُ لا يستطيعون
أَنْ يَفْرُغُوا لِنَصْرِ أَمِيرِهِمْ لا المشركون ولا المسلمون وَٱرْتُثَّ مَسْعُودٌ يَوْمَئِذٍ
وَقُوَّادٌ مِنْ قُوَّادِ المسلمين وقد كان قال لهم إِذَا رَأَيْتُمُونَا أُصِبْنَا فلا تَدَعُوا ما انتم
فيه فَإِنَّ أَحَدَ الْجَيْشَيْنِ يَنْكَشِفُ ثم يَنْصَرِفُ وَأَغْنُوا غَنَآءَ مَنْ يَلِيكُمْ وَأَوْجَعَ
قَلْبُ المسلمين فى قَلْبِ المشركين وَقَتَلَ غُلَامٌ مِنَ ٱلتَّغْلِبِيِّينَ نَصْرَانِيٌّ مِهْرَانَ فَٱسْتَوَى
على فَرَسِهِ فَجَعَلَ المثنّى سَلَبَهُ لِصَاحِبِ خَيْلِهِ وكذلك اذا كان ٱلْمُشْرِكُ فى خَيْلِ رَجُلٍ
فَقَتَلَ وَسَلَبَ فهو للذى هو أَمِيرٌ على مَنْ قَتَلَهُ وكان لهم قَائِدَانِ أَحَدُهُمَا جَرِيرٌ
فَٱقْتَسَمَا وَٱلْآخَرُ ٱبْنُ ٱلْهَوْبَرِ ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عبيد
الله بن مُحَفِّزِ بن ثَعْلَبَةَ قال جَلَبَ فِتْيَةٌ من بَنِى تَغْلِبَ أَفْرَاسًا فلما التقى الزَّحْفَانِ يَوْمَ
ٱلْبُوَيْبِ قالوا لا نُقَاتِلُ ٱلْعَرَبَ مع الْعَجَمِ فَأَصَابَ أَحَدُهُمْ مِهْرَانَ يوميذ وَمَهَّدَ
على فَرَسٍ له وَرْدٍ مُجَفَّفٍ بِتِجْفَافٍ أَصْفَرَ بين عَيْنَيْهِ هِلَالٌ وعلى ذَنَبِهِ أَهِلَّةٌ فَٱسْتَوَى على
فَرَسِهِ ثم ٱنْتَمَى فقال أَنَا ٱلْغُلَامُ ٱلتَّغْلِبِيُّ أَنَا قَتَلْتُ ٱلْمَرْزُبَانَ فَأَتَاهُ جَرِيرٌ وَٱبْنُ
ٱلْهَوْبَرِ فى قومهما فَأَخَذَا بِرِجْلِهِ فَأَنْزَلُوهُ ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن
سَيْفٍ عن سَعِيدِ بْنِ ٱلْمَرْزُبَانِ أَنَّ جَرِيرًا وَٱلْمُنْذِرَ ٱشْتَرَكَا فيه فَٱخْتَصَمَا فى سِلَاحِهِ
فَتَقَاضَيَا الى المثنّى فَجَعَلَ سِلَاحَهُ بينهما وَٱلْمِنْطَقَةَ والسِّوَارَيْنِ بينهما وَأَفْنَوْا قلب
المشركين ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن أَبِى رَوْقٍ قال وَٱللّٰهِ إِنْ كُنَّا
لَنَأْتِى ٱلْبُوَيْبَ فَنَرَى فيما بين مَوْضِعِ ٱلسُّكُونِ وَبَنِى سُلَيْمٍ عِظَامًا بِيضًا تلوح

iniungatis!" Tum milites: „bene dicis" exclamarunt, ordinesque restituerunt. Antea propter ea, quae milites facere cerneret, barbam stringere eum viderant; iam vero, quum ordines adcuratius quam illo dio ceteri Moslemi omnes instruxissent, illum intuiti sunt, cumque prae laetitia subridere viderunt. Milites inter Adschal ot quae retro sita sunt collocati erant. Proelium quum diu duraret, atque acrius fieret, El mothanna ad Anassum ben hilâl accessit, eique: „o Anas, inquit, homo Arabs es, quamvis a religione nostra alienus; itaque, simul ut in Mihrânum irruere me videris, mecum irrue!" Eadem ad Ebn dsissalmein clamavit, qui obsequium pollicitus est. Itaque El mothanna in Mihrânum impetum fecit, eumque adeo pepulit, ut in ipsius dextram penetraret. Tum illis se immiscuerunt, mediaeque quoque acies manus conseruerunt, pulvisque ad coelum ferebatur. Alae ita caedebantur, ut neque polytheïstae agminis duci auxilio venire possent, neque Moslemi. Exanimatos paene illo die ex proelio asportarunt Mesûdum, ducesque Moslemorum alios. Dixerat ille militibus: „si feriri nos videtis, tamen a negotio vestro, cavete, ne desistatis; alter enim exercitus cedet, atque deinde abibit; satis facite iis, qui prope vos sunt!" Mox media Moslemorum acies mediam polytheïstarum aciem vehementer pressit, iuvenisque quidam Taglebita christianus obtruncavit Mihrânum, atque in eius equum insiliit. Sed El mothanna spolia Mihrâni praefecto illius turmae adsignavit. Habebant enim hoc moris, ut, quotiescunque homo polytheïsta ex equitatu alicuius viri esset, spoliumque hostis occisi referret, toties hoc spolium ei tribueretur, quem occisor ducem haberet. Taglebitis vero illis duces duo erant, Dscherir atque Ebn El haubar; qui spolia inter se partiti sunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Obeid alla ben michfar ben thaalaba. Qui dixit: iuvenes quidam Taglebitae eo equos venum adduxerant. Qui, quum acies ad El boweibum pugnam consererent: „haudquaquam, inquiunt, Arabibus bellum inferemus, Persis adiuncti!" Quorum unus illo die Mihrânum occidit, qui equum sibi straverat rufum, cataphracta flava tectum, inter cuius oculos lunula fulgebat, cuiusque cauda lunulis decorata erat. Tum ille in Mihrâni equum insiliit, eoque vectus, exclamavit: „ego iuvenis Taglebita sum! ego praesidem illum interfeci!" Quibus auditis, Dscherir atque Ebn el haubar cum militibus suis ad eum accesserunt, pedeque eius prehenso, eum equo detraxerunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Saido ben el mersubân ea compererat: Dscherir atque El mondsir, quum uterque spolium sibi vindicaret, de armis illis litigantes El mothannam arbitrum statuerunt. Qui arma Mihrâni inter eos partitus est, ac cingulum, armillaque. Deinde mediam polytheïstarum aciem profligarunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abu rauk ea compererat. Qui dixit: per Deum, quum in eo essemus, ut ad El boweibum accederemus, inter locum Essukûni ac Nahr boni soleim ossa candida conspeximus,

من هامهم وأوصالهم يعتبر بها قال وحدثني بعض من شهدها أنهم كانوا يحزرونها بمائة ألف قتيل من العجم وما عُفي عليها حتى دفنتها أدفان البيوت

كتب إلى السرى عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة قالا وقف المثنى عند ارتفاع الغبار حتى استقر الغبار وقد فني قلب المشركين والمجنبات قد هز بعضها بعضا فلما رأوه قد أزال القلب وأفنى أهله قويت المجنبات مجنبات المسلمين على المشركين وجعلوا يردون الأعاجم أدبارهم وجعل المثنى والمسلمين في القلب يدعون لهم بالنصر ويرسل عليهم من يذمرهم ويقول لهم إن المثنى يقول لكم عاداتكم في امثالهم انصروا الله ينصركم حتى هزموا فسابقهم المثنى الى الجسر فسبقهم وأخذ الاعاجم فافترقوا بشاطئ الفرات مصعدين ومصوبين واعتورتهم خيول المسلمين حتى قتلوهم ثم جعلوهم جثا فما كانت بين العرب والعجم وقعة كانت أبقى رمة منها مجرع جيش المسلمين لما ارتث مسعود بن حارثة يومئذ وكان صرع قبل الهزيمة فتضعضع فرأى ذلك وهو دنف فقال يا معشر بكر بن وائل ارفعوا رايتكم رفعكم الله لا تهولنكم مصرعي وقاتل أنس بن هلال يومئذ حتى ارتث وارتثه المثنى وضمه وضم مسعودا اليه وقاتل قرط بن جماح العبدي يومئذ حتى دق قنا وقطع أسيافا وقتل شهربراز من دهاقين فارس وصاحب مجردة مهران ☆ قالوا ولما فرغ جلس المثنى للناس من بعد الفراغ يحدثهم ويحدثونه وكلما جاء رجل فتحدث قال له أخبرني عنك فقال له قرط بن جماح قتلت رجلا فوجدت منه رائحة المسك فقلت هذا مهران ورجوت أن يكون اياه فاذا هو صاحب الخيل شهربراز فوالله ما رأيته اذ لم يكن مهران شيئا فقال المثنى قد قاتلت العرب والعجم في الجاهلية والاسلام والله لمائة من العجم في الجاهلية كانوا أشد علي من ألف من العجم اليوم إن الله أذهب مصدوقتهم ووهن كيدهم فلا يروعنكم زهاء ترونه ولا سواد ولا قسي فج ولا نبال طوال فانهم اذا أعجلوا عنها او فقدوها كالبهائم أينما وجهتموها

splendentia, quum calvariarum, tum artuum, quae admirationem movebant. Addidit idem: tradiditque mihi homo quidam, qui ea viderat, haec ossa centum millium circiter Persarum occisorum esse, coniectavisse homines, neque ea evanuisse, quoad aedium servi ea sepeliissent.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede ac Taleha ea compererat. Qui quidem dixerunt: substitit El mothanna propter pulverem exortum, donec consideret pulvis; mediam polytheïstarum aciem iam profligaverat; alae mutuo se pellebant. Quum vero mediam aciem ab eo iam pulsam, eiusque milites ab eo profligatos viderent, alae, Moslemorum alas dico, superiores fieri, Persasque retro repellere coeperunt. El mothanna antem, atque Moslemi in media acie constituti, illis adclamarunt, victoriam se reportasse; misitque El mothanna hominem, qui illos exeitaret, iisque diceret: „El mothanna haec vobis nuntiat: incursiones vestrae apud illos in proverbiis sunt; itaque adiuvate Deum; tum ipse vos adiuvabit!“ Denique illis in fugam coniectis, El mothanna, ut illos anteveniret, ad pontem contendit, eoque ante illos pervenit. Ita quum Persas intercepisset, iis per totum Euphratis littus dispersis, quum ascendentibus, tum descendentibus, equitatus Moslemorum supervenit, eosque ita cecidit, ut non relinquerentur, nisi cadavera; neque ullum inter Arabes Persasque proelium factum est, ex quo diutius quam ex illo ossa manserunt. Agmen Moslemorum vero, quum Mesûd ben hâretha, qui ante fugam hostium prostratus est, illo die saucius efferretur, vehementer commotum est, animumque despondit. Quod quum ille observasset, quamvis graviter laborans: „o gens Bekri ben wâjel, inquit militibus, extollite vexillum vestrum, ut vos Deus extollat! Cavete, ne mors mea vos terreat!“ Dimicavit illo die Anas ben hilâl, quoad saucium eum extulerunt; quem colligendum curavit El mothanna, pariterque atque Mesûdum ad se recepit. Atque dimicavit illo die Kurt ben dschammâch Abdita, quoad hastas plures praefregit, pluresque gladios diffregit. Schehr ibrâsum ipse interfecit, qui ex praesidibus Persarum erat, velitibusque Mihrâni praefectus. Addiderunt iidem: peracto proelio, El mothanna, quum negotia confecta essent, apud milites consedit, sermones cum iis conferens. Quotiescunque eo vir accessit, colloquiumque fecit, El mothanna: „expone mihi, inquit ei, quae egeris!“ Tum Kurt ben dschammâch: „hominem obtruncavi, inquit, quem moschi odorem spargere sentiebam; quamobrem „hic Mihrânus est“ dixi, cumque re vera illum esse, speravi; sed Schehr ibrâs ille fuit, magister equitum; tum, quia Mihrânus non erat, eum nihili feci.“ El mothanna vero dixit: „Arabes cum Persis bella gesserunt, quum paganitatis, tum islamismi tempore; sed, per Deum, paganitatis tempore centum Persae gravius me premebant, quam hoc tempore mille; nam Deus fortitudinem eorum abstulit, eorumque astutiam debilitavit. Itaque vos non terreat turma, quam cernitis, neque agmen, neque vos terreant arcus sinuati, neque sagittae longae! Nam hi homines, simul ut ab illis armis depelluntur, vel ea perdunt, pecudibus adeo similes fiunt, ut, quocunque eos

أَجْبَنْتَ وقال رِبْعِيٌّ وهو يُحَدِّثُ المثنى لَمَّا رَأَيْتُ رُكُودَ الحَرْبِ وَٱحْتِدَامَهَا قُلْتُ تَتَرَّسُوا بِٱلْمَجَانِّ فَإِنَّهُمْ شَادُّونَ عليكم فَٱصْبِرُوا بِشَدَّتَيْنِ وَأَنَا زَعِيمٌ لكم بِٱلظَّفَرِ فى الثالثة فَأَجَابُونِي وَٱللّٰهُ قُوَّتِي وَٱللّٰهُ كَفَالَتِي ۞ قَالَ ٱبْنُ ذِى ٱلسَّهْمَيْنِ مُحَدِّثًا قُلْتُ لِأَصْحَابِي إِنِّي سَمِعْتُ ٱلْأَمِيرَ يَقُولُ وقد ذَكَرَ فى قِرَآءَتِهِ ٱلرُّعْبَ فما ذَكَرَهُ إِلَّا لِفَضْلٍ عنده ٱقْتَدُوا بِرَايَتِكُمْ وَلْتَحْمِ رَاجِلَتُكُمْ فَارِسَكُمْ ثم ٱحْمِلُوا فما لِقَوْلِ الله من خُلْفٍ فَأَنْجَزَ الله لهم وَعْدَهُ وكان كما رَجَوْتُ ۞ وَقَالَ عَرْفَجَةُ مُحَدِّثًا حُزْنَا كَتِيبَةً منهم الى الفرات وَرَجَوْتُ أَنْ يَكُونَ اللّٰه تعالى قد أَذِنَ فى غَرَقِهِمْ وَسَآءَ بِنا مُصِيبَةُ الجِسْرِ فلما دَخَلُوا فى حَدِّ ٱلْإِحْرَاجِ كَرُّوا علينا فَقَاتَلْنَاهُمْ قتالا شديدا قال بَعْضُ قومى لَوْ أَخَّرْتَ رَايَتَكَ فقلت عَلَيَّ إِقْدَامُهَا وَحَمَلْتُ بها على حَامِيَتِهِمْ فقتلتهم فَوَلَّوْا نَحْوَ الفرات فما بَلَغَهُ منهم أَحَدٌ فى شى منه ٱلرُّوحُ ۞ وَقَالَ رِبْعِيُّ بْنُ عَامِرِ بن خالد كنت مع أَبِي يَوْمَ ٱلْبُوَيْبِ قال وَسُمِّيَ ٱلْبُوَيْبُ يَوْمَ ٱلْأَعْشَارِ أُحْصِيَ مِائَةُ رَجُلٍ قَتَلَ كُلُّ رَجُلٍ منهم عَشَرَةً فى المعركة يومئذ وكان عُرْوَةُ يَعْنِي ٱبْنَ زَيْدِ الخَيْلِ من اصحاب ٱلتِّسْعَةِ وَغَالِبٌ فى بَنِي كِنَانَةَ من اصحاب ٱلتِّسْعَةِ وَعَرْفَجَةُ فى ٱلْأَزْدِ من اصحاب ٱلتِّسْعَةِ وَقُتِلَ المشركون فيما بين ٱلسُّكُونِ ٱلْيَوْمَ الى شَاطِئِ الفرات وَجَنْبَةِ ٱلْبُوَيْبِ ٱلشَّرْقِيَّةِ وذلك أَنَّ المثنى بَادَرَهُمْ عند الهزيمة الجِسْرَ فاخذه عليهم وَأَخَذَ يَمْنَةً وَيَسْرَةً وَتَبِعَهُمُ المسلمون الى الليل وَنَدِمَ ٱلْمُثَنَّى على أَخْذِهِ بالجِسْرِ وقال أَعْجَزْتُ عَجْزَةً وَقَى ٱللّٰهُ شَرَّهَا بِمُسَابَقَتِي إِيَّاهُمْ الى الجسر فَقَطَعْتُهُ حتى أَحْرَجْتُهُمْ فَإِنِّي غَيْرُ عَائِدٍ فلا تَعُودُوا ولا تَقْتَدُوا بى ايها الناس فَإِنَّهَا مِنِّي زَلَّةٌ لا يَنْبَغِي إِحْرَاجُ أَحَدٍ إِلَّا مَنْ لا يَقْوَى على امتناع وَمَاتَ أُنَاسٌ من الجَرْحَى من أَعْلَامِ المسلمين منهم خَالِدُ بْنُ هِلَالٍ وَمَسْعُودُ بْنُ حَارِثَةَ فَصَلَّى عليهم المثنى وذكر بِأُسْبُهُمْ وَقَدَّمَهُمْ على ٱلْإِسْلَامِ وَٱلْقُرْآنِ وقال والله إِنَّهُ لَيُهَوِّنُ عَلَيَّ وَجْدِي إِنَّ شُهَدَآءَ ٱلْبُوَيْبِ أَقْدَمُوا وَكَبَّرُوا وَصَبَرُوا ولم يَجْزَعُوا ولم يَنْكُلُوا وَإِنْ كان فى ٱلشَّهَادَةِ كَفَّارَةٌ لَتَجُوزُ ٱلذُّنُوبُ

propellatis, eo se conferant." Dixitque Ribi, quum res suas El mothannae exponeret: „Tum, quando dimicationem frigescere atque intermitti vidi, militibus dixi: „iam vos tegite scutis; nam illi in eo sunt, ut impetum in vos faciant. Sustinete impetus duos; nam, ubi tertium facient, victores vos exstituros esse praedico." Obsequium illi mihi polliciti sunt. Deus est fortitudo mea! Deus est praesidium meum!" Deinde Ebu dsissahmein, res suas exponens, dixit: „ego ad comites meos sic loquutus sum: ex duce nostro, postquam in lectione sua mentionem terroris fecerat, quod non fecit nisi propter virtutem quandam, qua praestat, audivi, quum diceret: „Vexillum vestrum sequimini, peditemque vestrum tueatur eques! Deinde in hostem irruite! Irritum non fiet, quod Deus dixit." Atque impertivit iis Deus quae pollicitus est, factaque sunt, quae fore sperabam." Dixitque Arfadscha, res suas exponens: „quum quandam eorum turmam ad Euphratem propelleremus, sperabam fore, ut Deus adorandus demersionem eorum permitteret, atque ita calamitas pontis eos adfligeret. Sed quum ad aquas super ripam effusas pervenissent, impetum in nos fecerunt, acriterque cum iis pugnavimus. Tum ex meis quidam: „si vexillum tuum retro referres" inquit mihi. Ego vero: „vexillum ultra proferre, officii mei est." Tum cum vexillo in eorum propugnatores irrui, eosque delevi. Ceteri fugientes ad Euphratem contenderunt; ad quem vero nullus pervenit, in quo vita superesset. Dixitque Ribi ben âmer ben châled: apud patrem adfui in proelio Boweibensi. Dixit: proelium Boweibense vocatum est dies decuriarum, quoniam centum viri numerabantur, quorum quisque illo die decem homines in loco pugnae occiderat. Urwa vero, filium dico Seid el chaili, ex iis fuit, qui novem occiderant. Atque Gâleb inter Kenânitas ex iis fuit, qui novem occiderant. Inter Esditas Arfadscha ex iis fuit, qui novem occiderant. Deleti sunt polytheïstae inter eum locum quem hoc tempore obtinet Essukûn, ac ripam Euphratis, latusque El boweibi orientale. Quod eo factum est, quod El mothanna, quum fuga fieret, hostes praevertens ad pontem properavit, eosque ab eo interclusit, quum dextro, tum sinistro latere occupato. Moslemi illos ad noctem usque prosequuti sunt. El mothannam vero poenituit pontem occupasse. Itaque dixit: „peccatum sane, quod ne noceret, a Deo provisum est, admisi, quum illos prevertens ad pontem properarem, eumque rumperem, eoque hostes in angustias compellerem. Quod iterum non committam. Atque vos quoque, o milites, cavete, ne hoc iterum committatis, neve exemplum vobis ex me sumatis. Nam consilio lapsus sum. In angustias compellere non decet, nisi eum, qui ad repugnandum impotens est." Nonnulli sauciorum perierunt, qui ex clarissimis Moslemorum erant, ut Chaled ben hilâl ac Mesûd ben hâretha. Super quibus El mothanna precatus est; qui fortitudinem eorum laudibus extulit, animumque ad islamismum Korânumque amplectendum promtum, dixitque: „per Deum, dolorem, qui me tenet, parvi facio! Martyres Boweibenses procurrerunt, Deum celebrantes, imperterritique, neque quidquam expaverunt, neque retro cesserunt. Quodsi martyrio expiatio praebetur, condonantur peccata."

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ وَزِيَادٍ قالوا وقد كان الْمُثَنَّى وَعِصْمَةُ وَجَرِيرٌ أَصَابُوا فى ايّام ٱلْبُوَيْبِ على ٱلنَّهْرِ نُزُلَ مِهْرَانَ غَنَمًا وَدَقِيقًا وَبَقَرًا فَبَعَثُوا بها الى عِيَالَاتِ مَنْ قَدِمَ من المدينة وقد خَلَّفُوهُنَّ بِٱلْقَوَادِسِ والى عِيَالَاتِ أَهْلِ ٱلْأَيَّامِ قَبْلَهُمْ وهم بالحيرة وكان دَلِيلَ الذين ذَهَبُوا بِنَصِيبِ العِيَالَاتِ الذين بالقوادس عَمْرُو بْنُ عَبْدِ ٱلْمَسِيحِ بْنِ بُقَيْلَةَ فلما رَفَعُوا لِلنِّسْوَةِ فَرَأَيْنَ الْخَيْلَ تَصَايَحْنَ وَحَسِبْنَهَا غَارَةً فَقُمْنَ دون ٱلصِّبْيَانِ بِالْحِجَارَةِ وَٱلْعُمُدِ فقال عَمْرٌو هكذا ينبغى لنسآء هذا الجيش وَبَشَّرُوهُنَّ بِٱلْفَتْحِ وقالوا هذا أَوَّلُهُ وعلى الخيل التى أَتَتْهُمْ بِٱلنُّزُلِ ٱلنُّسَيْرُ واقام فى خيله حَامِيَةً ثمّ ورجع عَمْرُو بْنُ عَبْدِ ٱلْمَسِيحِ الى العيالات بالحيرة ۞ وَقَالَ ٱلْمُثَنَّى يومئذ أَيْنَ مَنْ يَتْبَعُ ٱلنَّاسَ حتى يَنْتَهِىَ الى ٱلسِّيبِ فقام جَرِيرُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ فى قومه فقال يَا مَعْشَرَ بَجِيلَةَ إِنَّكُمْ وَجَمِيعُ مَنْ شَهِدَهَا اليوم فى السابقة والفضيلة وَٱلْبَلَآءِ سَوَآءٌ وليس لِأَحَدٍ منهم فى هذا الْخُمْسِ غَدًا من ٱلنَّفَلِ مثل الذى لكم منه ولكم رُبْعُ خُمْسِهِ نَفَلًا من امير المومنين فلا يَكُونَنَّ أَحَدٌ أَسْرَعَ الى هذا ٱلْعَدُوِّ ولا أَشَدَّ عليه منكم لِلَّذِى لكم منه وَنِيَّةً الى ما يَرْجُونَ فَإِنَّمَا ينتظرون إِحْدَى الْحُسْنَيَيْنِ الشهادة والجنّة وَمَالَ ٱلْمُثَنَّى على الذين ارادوا أَنْ يَسْتَقْتِلُوا من مُنْهَزِمَةِ يَوْمِ الْجِسْرِ ثم قال أَيْنَ ٱلْمُسْتَبْسِلُ بِٱلْأَمْسِ وَأَصْحَابُهُ ٱنْتَدِبُوا فى آثَارِ هَؤُلَآءِ القوم على ٱلسِّيبِ وَٱبْلُغُوا مِنْ عَدُوِّكُمْ ما تُغِيظُونَهُ به فهو خير لكم وَأَعْظَمُ أَجْرًا وَٱسْتَغْفِرُوا ٱللّٰهَ إِنَّ ٱللّٰهَ غَفُورٌ رَحِيمٌ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن حَمْزَةَ بْنِ عَلِىِّ بْنِ مُحَفِّزٍ عن رجل من بَكْرِ بْنِ وَائِلٍ قال وكان أَوَّلُ ٱلنَّاسِ ٱنْتَدَبَ يومئذ لِلْمُثَنَّى وَٱتَّبَعَ آثَارَهُمُ ٱلْمُسْتَبْسِلُ واصحابه وقد كان أَرَادَ الْخُرُوجَ بِٱلْأَمْسِ الى العدوّ من صَفِّ المسلمين وَٱسْتَوْفَزَ وَٱسْتَنْتَلَ عنه فَأَمَرَ المثنّى أَنْ يُعْقَدَ لهم الْجِسْرُ ثم أَخْرَجَهُمْ فى آثار القوم وَٱتَّبَعَتْهُمْ بَجِيلَةُ وخيول من المسلمين تَغْدُو من كلّ فارس فَٱنْتَلَقُوا فى طلبهم حتى بَلَغُوا ٱلسِّيبَ ولم يَبْقَ فى العسكر جِسْرِىٌّ

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoquo ea compereıat. Qui dixerunt: El mothanna, atque Isma, ac Dscherir, illo tempore, quo proelium Boweibense factum est, inopinato in penum Mihrâni inciderunt, in quo oves, ac farina, bovesque aderant. Quem victum ad uxores eorum militum, qui ex El medina eo accesseraut, apud El kawâdis relictas, atque ad uxores eorum militum, qui prioribus proeliis interfueraut, El hîrae commorantes, trausmiserunt. Iis vero, qui ad uxores apud El kawâdis relictas portionem ipsis tributam adportarunt, viae dux fuit Amr ben abd el messich ben bakîla. Qui quum ad iilas accederent, mulieres, equitibus conspectis, conclamarunt; hostes incursantes enim eos esse putabant. Atque lapidibus, saxisque, iactis pro prole coeperunt propuguare. Tum Amr: „hoc sano decet, inquit, huius exercitus mulieres!" Illi vero de victoria reportata mulieres certiores fecerunt, atque dixerunt: „hae quidem primitiae sunt." Equitibus, qui penum illum ad mulieres adportarunt, praeerat Ennossair; qui cum equitatu suo, ut eas defenderet, ibi substitit. Amr ben abd el messich vero ad uxores El hîrae commorantes reversus est. Illo die El mothanna: „ubinam is est, inquit, qui hostes persequatur, donec ad Essibum perveniat?" Tum Dscherir ben abd alla apud suos concionem habens: „o coetus Bedschilitarum! inquit, vos, ceterique omnes, qui hodie huic proelio interfuerunt, pares vos exhibuistis alacritate, virtute, fortitudineque. Sed nemo tamen, praeter manubias, ex quinta praedarum parte id accipit, quod vobis ex ea tributum est; nam quadrans quintae partis vobis obtingit, tanquam manubiae a principe fidelium concessae. Itaque nemo promtior quam vos in hostes irruat, neque fortius eos premat! Excitavit ille ad ea, quae homines sperant; nam non exspectant, nisi alteram sortem, martyrium ac paradisum." Improbavit El mothanna consilium eorum, qui mortem oppetere volebant, quoniam ex proelio ad pontem aufugerant. Deinde ille: „ubinam, inquit, iam sunt is, qui heri morti se devovebat, eiusque socii? Nunc promti illos homines ad Essibum usque prosequimini, iisque ita insistite, ut eos deleatis! Hoc enim vobis proderit, praemiumque maius in vos conferet. Veniam a Deo petite; Deus enim est indulgens ac misericors."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fueraut, qui ex Hamsa ben ali ben michfar ea compererat, cui ea tradiderat homo quidam ortus tribu Bekr ben wâjel; qui dixit: primi omnium, illi dicto El mothannae parentes, hostem vestigiis sequuti sunt homo ille, qui morti se devoverat, eiusque socii. Pridie homo ille ex ordine Moslemorum in hostem se proiicere voluerat, iamque prosiliens ex acie procurrerat. Quibus militibus pontem parari iussit El mothanna; deinde in vestigia fugientium eos emisit. Itaque Persas persequuti sunt Bedschilitae, equitesque Moslemi, ex omni equitatu accurrentes; qui, hosti insistentes, processerunt, donec ad Essibum pervenerunt. Neque ullus eorum, qui a ponte aufuge-

إلَّا خرج فى الخيل فأصابوا من ٱلبَقَرِ وَٱلسَّبْيِ وساير الغنايم شيئًا كثيرًا فقسمه المثنّى عليهم وَفضّلَ أَهْلَ ٱلبَلَاءِ من جميع القبايل وَنَفَّلَ بَجِيلَةَ يوميذ رُبْعَ الخُمْسِ بينهم بِٱلسَّوِيَّةِ وَبَعَثَ بِثَلَثَةِ أَرْبَاعِهِ مع عِكْرِمَةَ وَأَلْقَى ٱللَّهُ ٱلرُّعْبَ فى قلوب اهل فارس وَكَتَبَ ٱلقُوَّادُ الذين قادوا الناس فى الطلب الى المثنّى وَكَتَبَ عاصم وَعِصْمَةُ وجرير إِنَّ ٱللَّهَ عَزَّ وَجَلَّ قد سَلَّمَ وَكَفَى وَوَجَّهَ لنا ما رَأَيْتَ وليس دون القوم شى فَتَأْذَنَ لنا فى الاقدام فَأَذِنَ لهم فَأَغَارُوا حتى بَلَغُوا سَابَاطَ وَتَحَصَّنَ أَهْلُ سَابَاطَ منهم واستباحوا ٱلقَرْيَاتِ دونها وَرَامَاهُمْ أَهْلُ الحِصْنِ بساباط عن حِصْنِهِمْ وكان أَوَّلَ مَنْ دخل حصنهم ثَلَثَةُ قُوَّادٍ عِصْمَةُ وَعَاصِمٌ وَجَرِيرٌ وقد تَبِعَهُمْ أَوْزَاعُ ٱلنَّاسِ كُلُّهُمْ ثم ٱنْكَفُوا راجعين الى ٱلْمُثَنَّى ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَطِيَّةَ بْنِ الحَرِثِ قال لَمَّا أَهْلَكَ ٱللَّهُ مِهْرَانَ ٱسْتَمْكَنَ المسلمون من الغارة على ٱلسَّوَادِ فيما بينهم وبين دِجْلَةَ فَمَخَرُوهَا لا يخافون كَيْدًا ولا يَلْقَوْنَ فيه مَانِعًا وَٱنْتَقَضَتْ مَسَالِحُ العَجَمِ فرجعت اليهم وَٱعْتَصَمُوا بِسَابَاطَ وَسَرَّهُمْ أَنْ يَتْرُكُوا ما وَرَآءَ دِجْلَةَ فكانت وقعة البويب فى رَمَضَانَ سَنَةَ ثَلَثَ عَشْرَةَ قَتَلَ ٱللَّهُ مِهْرَانَ وَجَيْشَهُ وَأَفْعَمُوا جَنْبَتَيِ ٱلبُوَيْبِ عِظَامًا حتى ٱسْتَوَى وما عَفَّى عليها التراب أَزْمَانَ ٱلفِتْنَةِ وما يُثَارُ هنالك شى إِلَّا وَقَعُوا منها على شى وهو ما بين ٱلسُّكُونِ وَمَرْهَبَةَ وَبَنِي سُلَيْمٍ وكان مَغِيضًا لِلفُرَاتِ أَزْمَانَ ٱلأَكَاسِرَةِ يَصُبُّ فى الجَوْفِ ✿ وَقَالَ ٱلأَعْوَرُ ٱلعَبْدِىُّ الشَّنِّىُّ

هَاجَتْ لِأَعْوَرَ دَارُ الحَيِّ أَحْزَانَا　　وَٱسْتَبْدَلَتْ بَعْدَ عَبْدِ ٱلقَيْسِ خَفَّانَا
وَقَدْ أَرَانَا بِهَا وَٱلشَّمْلُ مُجْتَمِعٌ　　إِذْ بِٱلنُّخَيْلَةِ قَتْلُ جُنْدِ مِهْرَانَا
أَزْمَانَ سَارَ ٱلمُثَنَّى بِالخُيُولِ لَهُمْ　　فَقَتَّلَ الزَّحْفَ مِنْ فُرْسٍ وَجِيلَانَا
سَمَا لِمِهْرَانَ وَٱلجَيْشِ ٱلَّذِى مَعَهُ　　حَتَّى أَبَادَهُمْ مَثْنَى وَوُحْدَانَا

rant, in exercitu adfuit, quia cum his equitibus egrederetur. Bovibus, captivisque, praedisque omnium generum multis potiti sunt. Quas El mothanna ita inter eos partitus est, ut militibus fortissimis singularum tribuum portionem maiorem tribueret. Bedschilitis vero unum quintae partis quadrantem, tanquam manubias, dedit, aequaliter inter eos distribuendum; reliquos quadrantes tres Ikrimam ad Omarum perferre iussit. Deus quum animis Persarum terrorem iniecisset, duces, qui persequentibus praeerant, Assem, Isma, ac Dscherîr, ad El mothannam scripserunt: „celebrandus laudandusque Deus incolumes nos praestitit, hostem avertit, nobisque impertivit quae vidisti. Jam militibus nostris ita nulla obstant, ut ultra progrediendi potestatem nobis facere possis.“ Quod quum ille concessisset, usque ad Sâbâtam processerunt. Sâbâtenses in munitionem se receperunt; itaque Moslemi oppida vicina diripuerunt. Quum vero praesidium, quod munitionem Sâbâtensem tenebat, ex ea excurrens Moslemos lacesseret, primi in munitionem illorum penetrarunt duces tres, Isma, Assem ac Dscherir; quos mox sequutae sunt cohortes omnes. Deinde reditum parantes ad El mothannam reversi sunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Atijje ben el hâreth ea compererat. Qui dixit: posteaquam Deus Mihrânum deleverat, Moslemi in provinciam Sewâdensem inter ipsos ac Tigridem sitam incurrere potuerunt; quam depopulati sunt, neque ullum certamen timentes, neque ullum prohibentem obvium habentes. Abierunt enim praesidia Persarum, ad illos reversa, seque Sâbâta receperunt; quamobrem laetabantur Moslemi, Persas iam ea, quae pone Tigridem sita essent, relinquere. Proelium Boweibense editum est mense Ramadâno, anno tertio decimo; quo quidem proelio Deus Mihrânum eiusque exercitum peremit. Ossibus utrumque El boweibi latus ita repleverunt, ut iis quasi farctum esset. Quae tempore seditionis terra nondum consumserat; neque ullus per illum campum adsultabat, quin offendens os laberetur. Situm est El boweib inter Essukûnum ac Marhabam, Soleimitasque, temporeque Chosroum canalis quidam Euphratis erat, atque in El dschaufum effundebatur. Tum El awar Abdita Schabbensis pronuntiavit haec:

1. Suscitavit sane Awaro mansio gentis desiderium;
   Quae translata est, relicto Abd el kaisso, in Chaffânam,

2. Ubi iam nos conspicio conventum plenum agentes,
   Quum a Bedschilitis deleretur agmen Mihrâni,

3. Illo tempore, quo El mothanna cum equitatu in eos invasit,
   Atque deleta est acies Persarum ac Dschilâultarum.

4. Irruit ille in Mihrânum, agmenque, quod secum habuit,
   Quoad eos peremit, binos alios, alios singulos.

وَأَمَّا ٱبْنُ إِسْحَقَ فَإِنَّهُ قال فى أَمْرِ جَرِيرٍ وَعَرْفَجَةَ وَٱلْمُثَنَّى وَقِتَالِ مِهْرَانَ غَيْرَ مَا قَصَّ سَيْفٌ من اخبارهم والذى قال فى امرهم ما حَدَّثَنَا مُحَمَّدُ بْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ٱبْنِ إِسْحَقَ قال لما ٱنْتَهَتْ الى عُمَرَ بْنِ ٱلْخَطَّابِ مُصِيبَةُ اصحاب الجسر وَقَدِمَ عليه فَلُّهُمْ قَدِمَ عليه جرير بن عبد الله البَجَلِىُّ من ٱلْيَمَنِ فى رَكْبٍ من بَجِيلَةَ وَعَرْفَجَةُ بْنُ هَرْثَمَةَ وكان عَرْفَجَةُ يَوْمَئِذٍ سَيِّدَ بَجِيلَةَ وكان حَلِيفًا لهم من ٱلْأَزْدِ فَكَلَّمَهُمْ عُمَرُ فقال لهم إِنَّكُمْ قد عَلِمْتُمْ ما كان من المصيبة فى إِخْوَانِكُمْ بالعراق فَسِيرُوا اليهم فَأَنَا أُخْرِجُ اليكم من كان منكم فى قبايل ٱلْيَمَنِ فَأَجْمَعُهُمْ اليكم فقالوا نَفْعَلُ يا أَمِيرَ المومنين فَأَخْرَجَ لهم قيس كُبَّةَ وَعُرَيْنَةَ وكانوا فى قبايل بَنِى عَامِرِ بْنِ صَعْصَعَةَ وَأَمَّرَ عليهم عَرْفَجَةَ بْنَ هَرْثَمَةَ فَغَضِبَ من ذلك جرير بن عبد الله البَجَلِىُّ فقال لِبَجِيلَةَ كَلِّمُوا امير المومنين فقالوا له ٱسْتَعْمَلْتَ علينا رجلا ليس مِنَّا فَأَرْسَلَ الى عَرْفَجَةَ فقال ما يقول هَؤُلَاءِ قال صَدَقُوا يا امير المومنين لَسْتُ منهم وَلَكِنِّى رَجُلٌ من ٱلْأَزْدِ كُنَّا أَصَبْنَا فى الجاهلية دِمَآءً فى قومنا فَلَحِقْنَا بِبَجِيلَةَ فَبَلَغْنَا فيهم من ٱلسُّودَدِ ما بَلَغَكَ فقال له عُمَرُ فَأَثْبُتْ على مَنْزِلَتِكَ وَدَافِعْهُمْ كما يُدَافِعُونَكَ قال لَسْتُ فَاعِلًا ولا سَائِرًا معهم فَسَارَ عَرْفَجَةُ الى ٱلْبَصْرَةِ بَعْدَ أَنْ نَزَلَتْ وَنَزَلَتْ بَجِيلَةُ وَأَمَّرَ عُمَرُ على بجيلة جرير بن عبد الله فسار بهم مَكَانَهُ الى الكوفة وَضَمَّ اليه عُمَرُ قومه من بجيلة فَأَقْبَلَ جَرِيرٌ حتى اذا مَرَّ قَرِيبًا من ٱلْمُثَنَّى بْنِ حَارِثَةَ وَكَتَبَ اليه المثنى أَنْ أَقْبِلْ إِلَىَّ فَإِنَّمَا أَنْتَ مَدَدٌ لِى فكتب اليه جرير إِنِّى لَسْتُ فَاعِلًا إِلَّا أَنْ يَأْمُرَنِى بذلك امير المومنين أَنْتَ أَمِيرٌ وَأَنَا أَمِيرٌ ثم سار جرير نَحْوَ الجِسْرِ فَلَقِيَهُ مِهْرَانُ بْنُ بَاذَانَ وكان من عُظَمَآءِ فَارِسَ عند ٱلنُّخَيْلَةِ قد قَطَعَ اليه الجِسْرَ فاقتتلا قتالا شديدا وَشَدَّ ٱلْمُنْذِرُ بْنُ حَسَّانَ بْنِ ضِرَارٍ ٱلضَّبِّىُّ على مِهْرَانَ فَطَعَنَهُ فَوَقَعَ عن دَابَّتِهِ فَٱقْتَحَمَ عليه جرير فَٱحْتَزَّ رَأْسَهُ فَٱخْتَصَمَا فى سَلَبِهِ ثم ٱصْطَلَحَا فيه فَأَخَذَ جَرِيرٌ ٱلسِّلَاحَ وَأَخَذَ ٱلْمُنْذِرُ بْنُ حَسَّانَ مِنْطَقَتَهُ قال وَحُدِّثْتُ أَنَّ مِهْرَانَ لما لَقِىَ جريرا قال

إِنْ تَسْأَلُوا عَنِّى فَإِنِّى مِهْرَانْ ... أَنَا لِمَنْ أَنْكَرَنِى مِنْ بَاذَانْ

Quod Ebn ishâkum adtinet, de rebus Dscheriri, atque Arfadschae, El mothannaeque, proelioque contra Mihrânum edito, alia tradit, quam quae Seifus de his rebus exponit. Quae autem ille de his rebus prodit, ea sunt, quae Mohammed ben homeid nobis narravit; qui dixit: nobis ea narravit Salama, qui ex Ebn ishak ea compererat. Qui dixit: quum Omar de clade, quam ad pontem acceperant, certior factus esset, profugique ad eum se reciperent, accesserunt ad eum Dscherir ben abd alla Bedschîlita, ex El iemena cum equitibus Bedschîlitis veniens, atque Arfadscha ben harthama. Arfadscha vero illo tempore Bedschîlitis praeerat, foedere iis adiunctus, tribu Esditarum ortus. Ad quos homines verba faciens Omar: „iam comperistis, inquit, quam gravem cladem fratres vestri in El iràka acceperunt. Itaque ad eos contendite! Gentiles vestros ex tribubus Iemenensibus evocabo, eosque vobis adiungam." Tum illi: „faciemus hoc, o princeps fidelium!" Itaque Omar ad eos evocavit gentes duas, Kais kubbam atque Oreinam, quae tunc apud familias tribus Amer ben ssaassaa commorabantur, iisque Arfadscham ben harthama praefecit. Propter quod succensens Dscherir ben abd alla Bedschîlita dixit Bedschîlitis: „deferte rem ad principem fidelium!" Itaque hi Omaro: „hominem nobis praefecisti, qui ex nobis non est." Tum Omar nuntium ad Arfadscham misit, eique: „quidnam, inquit, illi dicunt?" Cui respondit Arfadscha: „recte dicunt; o princeps fidelium! ex illis non sum, sed vir Esdita sum. Sanguines fecimus tempore paganitatis in gente nostra, proptereaque ad Bedschîlitas secessimus, atque apud eos principatum obtinuimus, ut novisti." Tum Omar: „dignitatem tuam retinebis; repelle eos, quemadmodum te repellunt!" Illo vero: „hoc non faciam, inquit, neque cum iis proficiscar!" Itaque Arfadscha ad El basram contendit, posteaquam illi ibi consederant. Bedschîlitis, quum consedissent, Omar praefecit Dscherirum ben abd alla, qui in illius locum substitus ad El kûfam eos duxit. Omar vero socios ei adiunxit gentiles ipsius Bedschîlitas. Quibuscum ultra processit Dscherir, donec ab El mothanna ben hâretha prope abesset. Tum El mothanna ad eum scripsit: „ad me accede; nam mihi subsidio missus es." Rescripsit vero Dscherir: „hoc equidem non faciam, nisi princeps fidelium hoc iubet; tu enim dux es, atque ego quoque dux sum." Inde quum ad pontem perrexisset Dscherir, apud Ennochailam ei occurrit Mihrân ben bâdsân, princeps quidam Persarum, qui, ponte traiecto, Dscherirum petebat. Itaque proelio acerrimo ibi decertarunt. In Mihrânum incurrit El mondsir ben hassân ben derâr Dabbita, eumque confodit. Qui cum ex iumento decideret, in eum irruit Dscherir, caputque ei praecidit. Tum de eius spoliis illi duo homines inter se litigarunt; denique res ita composita est, ut Dscherir arma caperet, El mondsir ben hassân vero cingulum. Addit ille: narraverunt mihi, Mihrânum, quum Dscherîro occurreret, dixisse:

Si in me inquiritis, Mihrânum me esse scitote!
Equidem ei, qui me nescit, me sisto ortum a Bâdsâno.

قَالَ فَأَنْكَرْتُ ذلك حَتّى حَدَّثَنِي مَنْ لا أَتَّهِمُ من اهل العلم أَنَّهُ كان عَرَبِيًّا نَشَأَ مع ابيه بِٱلْيَمَنِ اذ كان غلاما لِكِسْرَى قال فلم أُنْكِرْ ذلك حين بَلَغَنِي وَكَتَبَ ٱلْمُثَنَّى الى عُمَرَ يَمْحَلُ بِجَرِيرٍ فكتب عُمَرُ الى المثنّى إِنِّي لَمْ أَكُنْ لِأَسْتَعْمِلَكَ على رَجُلٍ من اصحاب مُحَمَّدٍ صَلَّى الله عليه يَعْنِي جَرِيرًا وقد وَجَّهَ عُمَرُ سَعْدَ بْنَ أَبِي وَقَّاصٍ الى العراق فى سِتَّةِ آلْفٍ أَمَّرَهُ عليهم وَكَتَبَ الى المثنّى وجرير بن عبد الله ان يَجْتَمِعَا الى سعد بن ابى وقّاص وَأَمَّرَ سَعْدًا عليهما فَسَارَ سَعْدٌ حتى نَزَلَ شَرَافَ وسار المثنّى وجرير حتى نَزَلَا عليه فَشَتَا بها سَعْدٌ واجتمع اليه الناس ومات ٱلْمُثَنَّى بْنُ حَارِثَةَ

Addit ille: parum credibile hoc mihi visum est, donec vir quidam doctus, cuius fidem suspectam non habeo, Mihrânum Arabem fuisse me docuit, qui apud patrem commorans in El iemena adoleverit, mancipiis Chosrois adnumeratum. Quod quum comperissem, illud incredibile mihi non visum est. El mothanna vero, litteris ad Omarum datis, apud eum criminatus est Dscherirum. Cui rescripsit Omar: „is non sum, qui te praeficiam homini, qui ex familiaribus Mohammedis, cui bene dicat Deus, ipse fuit," id est Dscheriro. Illo tempore Omar Saadum ben abi wakkâs cum sex millibus, quibus eum praefecit, in El irâkam miserat. Itaque El mothannae ac Dscheriro ben abd alla scripsit, ut se iungerent Saado ben abi wakkâs; quem illis praefecit. Saad vero iter fecit, donec ad Schirâfam castra posuit; apud quam El mothanna ac Dscherîr cum eo coierunt. Hoc quidem loco hibernavit Saad, militesque sensim ad eum confluxerunt. El mothanna ben hâretha vero mortuus est.

رَجَعَ الحَدِيثُ إِلَى حَدِيثِ سَيْف ✿ خَبَرُ الخَنَافِسِ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمّد وطلحة وزياد بِإِسْنَادِهِمْ قالوا وَخَرَجَ ٱلْمُثَنَّى السَّوَادَ وَخَلَّفَ بالحِيرَةِ بَشِيرَ بْنَ الخَصَاصِيَّةِ وَأَرْسَلَ جريرا الى مَيْسَانَ وَهِلَالَ بْنَ عُلَّفَةَ ٱلتَّيْمِيَّ الى دَسْتِ مَيْسَانَ وَأَذْكَى المَسَالِحَ بِعِصْمَةَ بن فلان ٱلضَّبِّيِّ وَبِعَرْفَجَةَ ٱلبَارِقِيِّ وامثالهما من قُوَّادِ المسلمين فَبَدَأَ فَنَزَلَ ٱلْيُسَ قَرْيَةً من قُرَى ٱلْأَنْبَارِ وهذه الغَزَاةُ تُدْعَى غَزَاةَ ٱلْأَنْبَارِ ٱلْآخِرَةَ وَغَزَاةَ ٱلْيُسِ ٱلْآخِرَةَ وَأَلَزَ رَجُلَانِ بالمثنّى أَحَدُهُمَا أَنْبَارِيٌّ وَٱلْآخَرُ حِيرِيٌّ يَدُلُّهُ كُلُّ وَاحِدٍ منهما على سُوقٍ فَأَمَّا ٱلْأَنْبَارِيُّ فَدَلَّهُ على الخَنَافِسِ فَأَمَّا الحِيرِيُّ فَدَلَّهُ على بَغْدَاذَ فقال المثنّى أَيَّتُهُمَا قَبْلَ صَاحِبَتِهَا فقالوا بينهما ايّام قال أَيُّهُمَا أَعْجَلُ قالوا سوق الخنافس سُوقٌ يَتَوَافَى اليها ويجتمع بها رَبِيعَةُ وَقُضَاعَةُ يَخْفُرُونَهُمْ فَٱسْتَعَدَّ لها المثنّى حتى اذا ظَنَّ أَنَّهُ مُوَافِيهَا يَوْمَ سُوقِهَا رَكِبَ نَحْوَهُمْ فاغار على الخَنَافِسِ يوم سوقها وبها خَيْلَانِ من رَبِيعَةَ وَقُضَاعَةَ وَعَلَى قُضَاعَةَ رُومَانِسُ بْنُ وَبَرَةَ وَعَلَى رَبِيعَةَ ٱلسُّلَيْلُ بْنُ قَيْسٍ وَهُمُ الخُفَرَآءُ فَٱنْتَسَفَ السوق وما فيها وَسَلَبَ الخُفَرَآءَ ثم رجع عَوْدَهُ على بَدْئِهِ حتى يَطْرُقَ دهاقين الانبار طُرُوقًا فى اوّل النهار يومه فَتَحَصَّنُوا منه فلما عَرَفُوهُ نزلوا اليه فَأَتَوْهُ بِٱلْأَعْلَافِ وَٱلزَّادِ وَأَتَوْهُ بِٱلْأَدِلَّآءِ على بَغْدَاذَ فكان وَجْهُهُ الى سوق بغداذ فَصَبَّحَهُمْ والمسلمون يَمْخُرُونَ السواد والمثنّى بالانبار وَيَشُنُّونَ ٱلْغَارَاتِ فيما بين أَسْفَلِ كَسْكَرَ وَأَسْفَلِ ٱلْفُرَاتِ وَجَسْرًا مَثْقَبًا الى عَيْنِ ٱلتَّمْرِ وما وَالَاهَا من الارض فى أَرْضِ ٱلْفَلَالِيجِ وَٱلْعَالِ

*Caput vicesimum quartum.*

## *Moslemi diripiunt mercatum Chanáfissensem ac Bagdádensem.*

Redit narratio ad ea quae tradidit Seif. Exponuntur res ad El chanáfissam gestae. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque ea comperĕrat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: El mothanna, quum provinciam Sewâdensem depopularetur, El hîrae reliquit Beschîrum ben el chassâssijje, in Meissânam emisit Dscherîrum, in Dest meissânam vero Hilâlum ben ullufa Temîmitam; praesidiis auxilio submisit Ismam ben fulân Dabbitam, Arfadscham Bârekitam, aliosque huius generis duces Moslemos. Ipse primam adgressus est Ellîssam, oppidum Anbarense, unde haec expeditio vocata est expeditio Anbârensis altera, atque expeditio Ellîssensis altera. Adierunt vero El mothannam homines duo, alter Anbârensis, alter Dschasrita, quorum uterque quendam nundinarum locum ei indicavit, Anbârensis El chanáfissam, Dschasrita Bagdâdum. Tum El mothanna: „uter mercatus prior est?“ Responderunt: „inter utrumque aliquot dies intersunt.“ Atque El mothanna: „uter properatione dignior?“ Illi vero: „mercatus El Chanáfissae, ad quem confluunt, atque in quo conveniunt Rebiitae ac Kodâitae, ut homines defendant.“ Itaque El mothanna ad hunc locum occupandum se praeparavit. Deinde, quum iam putaret, die nundiarum se ad eum pervenire posse, ad eum versus profectus est. Subito igitur nundinarum die in El chanáfissam irruit, in qua duae Rebiitarum ac Kodâïtarum cohortes aderant. Kodâitis praeerat Rûmânis ben wabara, Rebiitis Esselil ben kais; qui defensores erant. Mercatum, et quaecunque in eo aderant, disiecit El mothanna, diripuitque defensores. Deinde sine mora retro reversus est, ut praefectis Anbârensibus prima luce superveniret. Qui primo quidem in munitionem se receperunt; simul ut vero illum recognoverunt, ex arce descendentes, pabulum victumque ad eum adtulerunt; viae duces quoque ei dederunt, qui ad Bagdâdum eum deducerent. Itaque ad Bagdâdum versus profectus, mane in illius loci homines irruit. Deinde Moslemi, dum El mothanna El anbârae commoratur, provinciam Sewâdensem depopulati sunt, atque incursiones fecerunt in eam terram, quae inter Kaskaram inferiorem atque Euphratem inferiorem sita est. Viam quoque explorarunt, quae ad Ain ettamram fert, terrasque adiacentes, quae ex terris El fel âlidschâe atque El âli sunt.

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عبيد الله بْنِ مُحْفِزٍ عن ابيه قال قال رَجُلٌ من أَهْلِ الحِيرَةِ لِلْمُثَنَّى أَلَا نَدُلُّكَ على قَرْيَةٍ تَأْتِيهَا تُجَّارُ مَدَآيِنِ كِسْرَى وَٱلسَّوَادِ وتجتمع بها فى كلّ سنة مَرَّةً ومعهم فيها الاموال كَبُيُوتِ ٱلْأَمْوَالِ وهذه ايام سوقهم فَإِنْ أَنْتَ قَدَرْتَ أَنْ تُغِيرَ عليهم وهم لا يشعرون أَصَبْتَ فيها مَالًا يكون غَنَآءً للمسلمين وَقَوُوا به على عَدُوِّهِمْ دَهْرَهُمْ قال كَمْ بَيْنَ مَدَآيِنِ كِسْرَى وبينها قال بَعْضُ يَوْمٍ أَوْ عَامَّةُ يَوْمٍ قال فَكَيْفَ لى بها قالوا نَأْمُرُكَ إِنْ أَرَدْتَهَا أَنْ تَأْخُذَ طَرِيقَ ٱلْبَرِّ حتى تَنْتَهِىَ الى الخنافس فَإِنْ أَهْلَ ٱلْأَنْبَارِ سَيَضْرِبُونَ اليها وَيُخْبِرُونَ عنك فَيَأْمَنُونَ ثم تَعُوجُ على اهل الانبار فَتَأْخُذُ الدهاقين بِٱلْأَدِلَّآءِ فَتَسِيرُ سَوَادَ لَيْلَتِكَ من الانبار حتى تاتيهم صُبْحًا فَتُصَبِّحُهُمْ غَارَةً فَخَرَجَ من أُلَّيْسٍ حتى أَتَى الخَنَافِسَ ثم عاج حتى رَجَعَ على الانبار فلما أَحَسَّهُ صَاحِبُهَا تَحَصَّنَ وهو لا يَدْرِى مَنْ هو وذلك ليلا فلما عَرَفَهُ نَزَلَ اليه فَأَطْمَعَهُ المثنى وَخَوَّفَهُ واستكتمه وقال إِنِّى أُرِيدُ أَنْ أُغِيرَ فَٱبْعَثْ معى بِٱلْأَدِلَّآءِ الى بَغْدَاذَ حتى أُغِيرَ منها الى المداين قال أَنَا أَجِىءُ مَعَكَ قال لا أُرِيدُ أَنْ تَجِىءَ معى وَلَكِنِ ٱبْعَثْ معى مَنْ هو أَدَلُّ منك فَزَوَّدَهُمُ ٱلْأَطْعِمَةَ وَٱلْأَعْلَافَ وَبَعَثَ معهم بِٱلْأَدِلَّةِ فساروا حتى اذا كانوا بِٱلنِّصْفِ قال لهم المثنى كَمْ بينى وبين هذه ٱلْقَرْيَةِ قالوا أَرْبَعَةُ أَوْ خَمْسَةُ فَرَاسِخَ قال لاصحابه مَنْ يَنْتَدِبُ لِلْحَرَسِ فانتدب له قَوْمٌ فقال أَذْكُوا حَرَسَكُمْ وَنَزَلَ وقال أَيُّهَا ٱلنَّاسُ أَقِيمُوا وَأَطْعَمُوا وَتَوَضَّؤُوا وَتَهَيَّؤُوا وبعث الطلايع فَحَبَسُوا ٱلنَّاسَ لِيَسْتَبِقُوا ٱلْأَخْبَارَ فلما فَرَغُوا أَسْرَى اليهم آخِرَ ٱللَّيْلِ فَعَبَرَ اليهم فَصَبَّحَهُمْ فى اسواقهم فَوَضَعَ فيهم ٱلسَّيْفَ فَقَتَلَ وَأَخَذُوا ما شَاؤُوا وقال المثنى لا تَأْخُذُوا إِلَّا ٱلذَّهَبَ وَٱلْفِضَّةَ من ٱلصَّفْرَآءِ وَٱلْبَيْضَآءِ والحُرِّ من كلّ شى ثم خرج كَارًّا رَاجِعًا حتى نزل بِنَهْرِ ٱلسَّيْلَحِينَ بالانبار فنزل وَخَطَبَ ٱلنَّاسَ وقال أَيُّهَا ٱلنَّاسُ ٱنْزِلُوا وَقَضُّوا أَوْطَارَكُمْ

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben michfar ea compererat, cui a patre tradita fuerant. Qui dixit: homo quidam Hireusis dixit El mothannae: „agedum, indicabimus tibi oppidum, ad quod mercatores El madâïnae Chosrois ac provinciae Sewâdensis confluunt, semel quocunque anno ibi convenientes. Tantos ibi secum habent thesauros, ut quasi gazam efficiant. His ipsis vero diebus mercatus illic habetur. Itaque si iis inopinantibus supervenire potes, illo loco thesauris potieris, qui tantam opulentiam in Moslemos conferent, ut, dum vivent, subsidia contra hostes ex iis haurire possint.“ Cui El mothanna: „quantum inter El madâïnam Chosrois atque illud oppidum interest?“ Respondit ille: „pars quaedam diei, vel dies integra.“ Tum El mothanna: „quomodo illo loco potiri possum?“ Illi vero: „hoc tibi praecipimus, ut, si ad illud oppidum contendere vis, per desertum iter instituas, donec ad El chanâfissam perveneris. Anbârenses enim ad illud oppidum pergentes, nuntium de te eo perferent; quo facto, illi securi fient. Deinde iter inflectes ad Anbârenses versus, viaeque duces ab praefectis requires, quibuscum ab El anbâra profectus per totam noctem iter facies, ut mane ad illos pervenias, primaque luce in eos incurrere possis.“ Itaque El mothanna ab Ellîssa profectus ad El chanâfissam tetendit; inde vero retro versus iter ad El anbâram inflexit. Cuius urbis praefectus, quum illum accedere sentiret, in munitionem se recepit; nam, quisnam ille esset, nesciebat, quum noctu veniret. Simul ut vero El mothannam recognovit, ad eum egressus est. Tum El mothanna, quum cupidinem, tum metum, illi iniiciens, ut taceret, ei praecepit, dixitque: „incursionem facere volo; propterea viae duces mecum mitto, qui ad Bagdâdum me deducant, ut ab eo in El madâïnam incurram.“ Praefectus: „ipse, inquit, tecum proficiscar.“ El mothanna vero: „te mecum ire, nolo; sed eos homines mecum mitto, qui melius quam tu viam noscant.“ Itaque praefectus victum pabulumque Moslemis praebuit, viaeque duces iis adiunxit. Quibus acceptis, Moslemi ultra progressi sunt, quoad dimidiam partem itineris confecerunt. Tum El mothanna: „quantum interest, inquit illis, inter me atque illud oppidum?“ Illi: „quattuor vel quinque parasangae.“ El mothanna vero suis: „quinam ad vigilias agendas praesto sunt?“ Quibus auditis, statim praesto ei adfuerunt nonnulli. Quibus ille: „diligenter vigilias agite!“ Deinde de iumento descendit, dixitque: „subsistite, o milites, cibumque capite; deinde vos abluite, vosque accingite!“ Praecursores emisit, qui homines corriperent, ut Moslemi praevenirent nuntios. Post coenam factam iter perrexit sub finem noctis ad Bagdâdenses versus. In quorum mercatum multo mane irruit. Gladium in eos coniiciens, caedem fecit, militesque abstulerunt, quaecunque vellent. Quibus El mothanna: „ex omnibus his nolite sumere, nisi aurum et argentum, vasa aurea atque argentea, vestesque sericas.“ Quibus confectis, retro reversus est, atque ad Nahr essâlichin in provincia Anbârensi substitit. Quo loco quum consedisset, ad milites concionatus est, dixitque: „consedite iam, negotiaque vestra gerite; deinde

وَتَأَهَّبُوا لِلسَّيْرِ وَٱحْمَدُوا الله وَسَلُوهُ ٱلْعَافِيَةَ ثمّ ٱنْكَشِفُوا قَبِيضًا نفعلوا فَسَمِعَ هَمْسًا فيما بينهم ما أَسْرَعَ ٱلْقَوْمَ فى طَلَبِنَا فقال تَنَاجَوْا بِٱلْبِرِّ وَٱلتَّقْوَى ولا تَتَنَاجَوْا بِٱلْإِثْمِ وَٱلْعُدْوَانِ ٱنْظُرُوا فى الامور وَقَدِّرُوهَا ثم تَكَلَّمُوا إِنَّهُ لَمْ يَبْلُغِ ٱلنَّذِيرُ مَدِينَتَهُمْ بَعْدُ ولو بَلَغَهُمْ لَحَالَ ٱلرُّعْبُ بينهم وبين طَلَبِكُمْ إِنَّ لِلْغَارَاتِ رَوْعَاتٍ تَنْتَشِرُ عليها يوما الى الليل ولو طَلَبَكُمُ ٱلْمُحَامُونَ مِنْ رَأْيِ ٱلْعَيْنِ ما أَدْرَكُوكُمْ وانتم على ٱلْعِرَابِ حتى تَنْتَهُوا الى عسكركم وجماعتكم وَلَوْ أَدْرَكُوكُمْ لَقَاتَلْتُهُمْ لِٱثْنَتَيْنِ ٱلْتِمَاسِ ٱلْأَجْرِ وَرَجَاءِ ٱلنَّصْرِ فَثِقُوا بالله وَأَحْسِنُوا به ٱلظَّنَّ فقد نَصَرَكُمُ الله فى مواطن كثيرة وهم أَعَدُّ منكم وَسَأُخْبِرُكُمْ عنّى وعن ٱنْكِمَاشِى والذى أُرِيدُ بذلك إِنَّ خليفة رسول الله صلّى الله عليه وسلّم ابا بكر أَوْصَانَا أَنْ نُقَلِّلَ ٱلْعُرْجَةَ وَنُسْرِعَ ٱلْكَرَّةَ فى الغارات وَنُسْرِعَ فى غير ذلك ٱلْأَوْبَةَ وَأَقْبَلَ بهم ومعهم أَدِلَّاؤُهُمْ يقطعون بهم ٱلصَّحَارَى والانهار حتى ٱنْتَهَى بهم الى الانبار فَٱسْتَقْبَلَتْهُمْ دَهَاقِينُ ٱلْأَنْبَارِ بالكوفة واستبشروا بسلامته وكان مَوْعِدَهُ ٱلْإِحْسَانَ اليهم اذا ٱسْتَقَامَ لهم من أَمْرِهِمْ ما يُحِبُّونَ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْب عن سَيْف عن محمد وطلحة وزياد قالوا لمّا رَجَعَ المثنّى من بَغْدَاذَ الى الانبار سَرَّحَ ٱلْمُضَارِبَ ٱلْعِجْلِىَّ وَزَيْدًا الى ٱلْكَبَاثِ وعليه فَارِسُ ٱلْعَنَّابِ ٱلتَّغْلِبِىُّ ثم خَرَجَ فى آثَارِهِمْ فَقَدِمَ الرجلان ٱلْكَبَاثَ وقد ٱرْفَضُّوا وَأَخْلَوُا الكباث وكان أَهْلُهُ كُلُّهُمْ من بَنِى تَغْلِبَ فَرَكِبُوا فى آثَارِهِمْ يَتْبَعُونَهُمْ فَأَدْرَكُوا أُخْرَيَاتِهِمْ. وَفَارِسُ ٱلْعَنَّابِ يَحْمِيهِمْ فحاماهم ساعة ثم هَرَبَ وقتلوا فى أُخْرَيَاتِهِمْ واكثروا وَرَجَعَ المثنّى الى عسكره بالانبار والخليفة عليهم فُرَاتُ بْنُ حَيَّانَ ٱلتَّغْلِبِىُّ فلما رجع المثنّى الى الانبار سَرَّحَ فُرَاتَ بْنَ حَيَّانَ وَعُتَيْبَةَ بْنَ ٱلنَّهَّاسِ وَأَمَرَهُمَا بالغارة على أَحْيَاءٍ من تَغْلِبَ وَٱلنَّمِرِ بِصِفِّينَ ثم ٱتَّبَعَهُمَا وَخَلَّفَ على الناس عَمْرَو بْنَ أَبِى سُلْمَى ٱلْهُجَيْمِىَّ فلمّا دَنَوْا من صِفِّينَ ٱفْتَرَقَ المثنّى وَفُرَاتٌ وَعُتَيْبَةُ وَفَرَّ اهل صِفِّينَ وَعَبَرُوا ٱلْفُرَاتَ الى الجزيرة وتحصّنوا وَأَرْمَلَ ٱلْمُثَنَّى واصحابه من ٱلزَّادِ حتى أَقْبَلُوا على رَوَاحِلِهِمْ إِلَّا ما لا بُدَّ منها فَأَكَلُوهَا حتى

ad iter faciendum vos accingite, Deum laudibus celebrate, atque ab eo orate, ut incolumes vos servet; denique citato gradu discedite!" Obtemperarunt ei milites. Sed mussitantes nonnullos audivit, quum dicerent: „quam cito nobis insistent hostes!" Tum El mothanna: „insusurrate vobis honesta atque pia! Cavete vero, ne vobis insusurretis scelesta atque iniqua! Considerate res, easque recte perpendite; deinde loquimini! Nuntius rei ad urbem hostium nondum pervenit. Si vero eo pervenisset, terror tamen prohiberet, quo minus vos persequerentur; incursiones enim tantos terrores spargunt, ut per diem unum ad noctem homines iis distrahantur. Quin, si propugnatores, simul ut vos conspexerunt, statim vos persequuti essent, tamen vos alacriter procedentes non adsequerentur, nisi quum ad exercitum vestrum, sociosque vestros perveneritis. Sin vos adsequerentur, ipse iis occurrerem, stimulo gemino excitatus, studio praemii, apeque auxilii. Itaque confidite Deo, bonaque ab eo exspectato. Deus enim vos adiuvit locis compluribus, ad quos illi melius instructi quam vos accesserant. Rationem vobis reddam de me, meaque festinatione, iisque, quae hac re intendo. Etenim Abu bekr, successor legati Dei, cui bene dicat Deus, faveatque, hoc nobis praecepit, ut raro subsistamus, raptim invadamus incurrentes, raptimque alias revertamur." Deinde El mothanna ultra eum iis processit; viae duces secum habebant, qui per deserta atque flumina eos transduxerunt, quoad El mothanna ad El anbâram cum iis pervenit. Obviam iis facti sunt apud El kûfam praefecti Anbârenses, incolumitatem El mothannae gratulantes. Qui pollicitus est, se benigne eos habiturum esse, si res ipsis ex sententia procederent.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque ea compererat. Qui dixerunt: El mothanna, quum ab Bagdâdo El anbâram rediisset, El modâribum Idschlitam ac Seidum ad El kabâthum emisit, cui Fâris el unâb Taglebita praeerat; paulo post vero ipse El mothanna illos subsequutus est. Duo illi duces El kabâthum occuparunt; incolae vero, qui omnes Taglebitae erant, iam antea se disperserant, locumque vacuum reliquerant. Moslemi eos vestigiis sequuti, in extremos inciderunt, quos defendebat Fâris el unâb. Qui, postquam aliquantum temporis eos defendit, fuga se eripuit; itaque extremorum multos ceciderunt Moslemi. El mothanna cum exercitu suo El anbârum rediit, illisque Forâtum ben hajjân Taglebitam praefecit. Quum El anbâram revenisset, Forâtum ben hajjân atque Ojeinam ben ennahhâs emisit, eosque in gentes quasdam Taglebicas ac Namiricas in Siffino commorantes incurrere iussit. Paulo post ipse eos subsequutus est, militibusque Amrum ben abi solma Odscheimitam praefecit. Quum a Siffino prope abessent, El mothanna a Forâto atque Ojeina se seiunxit, incolae Siffini vero aufugerunt, Euphratemque traiecerunt in El dschesiram tendentes, ubi in munitionem se receperunt. El mothanna, eiusque milites in tantam commeatus penuriam inciderunt, ut camelos vectarios mactarent, iis exceptis, quibus carere non poterant, atque etiam ungulas, atque ossa, pellesque comederent. Deinde in

أَخْفَافَهَا وعظامها وجلودها ثم ادركوا عِيرًا من اهل دَبَا وَحَوْرَانَ فقتلوا العلوج واصابوا ثَلَثَةَ نَفَرٍ من بنى تغلب خُفَرَآء واخذوا ٱلْعِيرَ وكان ظهرا فاضلا وقال لهم دَلُّونِي فقال أَحَدُهُمْ آمِنُونِي على اهلى ومالى وَأَدُلُّكُمْ على حَيٍّ من تَغْلِبَ غَدَوْتُ من عندهم اليوم فَآمَنَهُ المثنى وسار معه يومه حتى اذا كان ٱلْعَشِيُّ هَجَمَ على القوم فاذا ٱلنَّعَمُ صَادِرَةٌ عن الماء واذا القوم جُلُوسٌ بِأَفْنِيَةِ ٱلْبُيُوتِ فَبَثَّ غَارَتَهُ فقتلوا المقاتلة وَسَبَوُا ٱلذُّرِّيَّةَ وَٱسْتَاقُوا ٱلْأَمْوَالَ واذا هم بَنُوا ذِى ٱلرُّوَيْحِلَةِ فَٱشْتَرَى مَنْ كان بين المسلمين مِنْ رَبِيعَةَ ٱلسَّبَايَا بِنَصِيبٍ من ٱلْفَيْء وَأَعْتَقُوا سَبْيَهُمْ وكانت رَبِيعَةُ لا تَسْبَى نَسَبًا اذا ٱلْعَرَبُ تَسَابُونَ فى جَاهِلِيَّتِهِمْ وَأُخْبِرَ المثنى أَنَّ جُمْهُورَ مَنْ سَلَكَ ٱلْبِلَادَ قد ٱنْتَجَعُوا ٱلشَّطَّ شَاطِئَ دِجْلَةَ فَخَرَجَ ٱلْمُثَنَّى وعلى مُقَدِّمَتِهِ فى غَزَوَاتِهِ هذه بعد ٱلْبُوَيْبِ كُلِّهَا حُذَيْفَةُ بْنُ مِحْصَنٍ ٱلْغَلْفَانِيُّ وعلى مُجَنِّبَتَيْهِ ٱلنُّعْمٰنُ بْنُ عَوْفِ بْنِ ٱلنُّعْمَانِ وَمَطَرٌ ٱلشَّيْبَانِيَّانِ فَسَرَّحَ فى ادبارهم حُذَيْفَةَ وَٱتَّبَعَهُمْ فَأَدْرَكُوهُمْ بِتَكْرِيتَ دُوَيْنَهَا مِنْ حَيْثُ تَطْلُبُوهُمْ يَخُوضُونَ ٱلْمَآء فاصابوا ما شَآؤُوا مِنَ ٱلنَّعَمِ حتى اصاب الرجل خَمْسًا مِنَ ٱلنَّعَمِ وَخَمْسًا مِنَ ٱلسَّبْيِ وَخَمْسًا من المال وجاء به حتى يَنْزِلَ على الناس بالانبار وَقَدْ مَضَى فُرَاتٌ وَعُتَيْبَةُ فى وجوههما حتى اغاروا على صِفِّينَ وبها ٱلنَّمِرُ وَتَغْلِبُ مُتَسَانِدَيْنِ فَأَغَارُوا عليهم حتى رَمَوْا بِطَائِفَةٍ منهم فى الماء فَنَاشَدُوهُمْ فلم يُقْلِعُوا منهم وجعلوا يُنَادُونَهُمْ ٱلْغَرَقَ ٱلْغَرَقَ وَجَعَلَ عُتَيْبَةُ وَفُرَاتٌ يُذَمِّرُونَ ٱلنَّاسَ وَيُنَادُونَهُمْ تَغْرِيقٌ بِتَحْرِيقٍ يُذَكِّرُونَهُمْ يوما من ايامهم فى الجاهلية أَحْرَقُوا فيه قَوْمًا من بَكْرِ بْنِ وَائِلٍ فى غَيْضَةٍ من ٱلْغِيَاضِ ثم ٱنْكَفَأُوا رَاجِعِينَ الى المثنى وقد غَرَّقُوهُمْ ❁ وَلَمَّا تَرَاجَعَ ٱلنَّاسُ الى عسكرهم بِٱلْأَنْبَارِ وَتَوَالَى بها ٱلْبُعُوثُ وَٱلسَّرَايَا ٱنْحَدَرَ بهم ٱلْمُثَنَّى الى الجزيرة فَنَزَلَ بها وكانت تكون لِعُمَرَ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ ٱلْعُيُونُ فى كُلِّ جيش فَكُتِبَ الى عُمَرَ بما كان فى الغزاة فَبَلَغَ عُمَرَ الذى قال عُتَيْبَةُ وَفُرَاتٌ يَوْمَ بَنِى تَغْلِبَ والماء فَبَعَثَ اليهما فَسَأَلَهُمَا فَأَخْبَرَاهُ أَنَّهُمَا قالا ذلك على وَجْهِ أَنَّهُ مَثَلٌ وَأَنَّهُمَا لم يَفْعَلَا ذلك على وَجْهِ طَلَبِ ذَحْلِ الجاهلية فَٱسْتَحْلَفَهُمَا فَحَلَفَا أَنَّهُمَا ما أَرَادَا بذلك إِلَّا ٱلْمَثَلَ وَإِعْزَازَ ٱلْإِسْلَامِ فَصَدَّقَهُمَا وَرَدَّهُمَا حتى قَدِمَا على ٱلْمُثَنَّى

camelos onustos quorundam Debaïtarum ac Hanrânitarum inciderunt; barbaros interfecerunt, ceperuntque homines tres Taglebitas defensores. Camelos quoque ceperunt, qui quidem iumenta valida erant. Dixit iis El mothanna: „viae duces mihi estote!“ Tum unus illorum: „in patrocinium vestrum, inquit, recipite familiam meam, bonaque mea; tum gentem quandam Taglebicam vobis indicabo, quam hodie mane reliqui.“ In patrocinium eum recepit El mothanna. Deinde eum eo per totum diem profectus, ad vesperam in gentem illam irruit, quum pecora ab aqua redirent, homines vero in areis ante tentoria sederent. Quos El mothanna statim adortus est. Viros Moslemi interfecerunt, feminas liberosque constrinxerunt, pecoraque rapuerunt. Tum hos homines ex gente Dsû roweichila esse cognoverunt Qui vero inter Moslemos aderant Rebiitae captivos illos redemerunt, parte quadam praedae data, captivisque suis libertatem dederunt. Genealogum Rebiitae non consulebant, quoniam Arabes tempore paganitatis genealogiarum periti erant. Deinde El mothanna certior factus est, maiorem eorum, qui per illas terras iter fecissent, partem ad littus, id est Tigridis ripam, pabulandi causa se recepisse. Quam ob rem El mothanna iter ingressus est. Primo autem eius agmini in his expeditionibus post proelium Boweibense susceptis omnibus Hodseifa ben michsan Galfânita praefuit, alis vero praefecti erant Ennoomân ben auf ben ennoomân ac Matar, Scheibânitae. Tergis hostium assultare iussit Hodseifam, eosque subsequutus est. Hostes paulo infra Tekritam adsequuti sunt; qui, simul ut Moslemi irruerunt, in aquam se praecipitarunt. Tantum igitur praedae, quantum vellent, abstulerunt, ita ut singulus quisque quinque pecora, quinque captivos, nummosque quinque acciperet. Quae referens ille ad exercitum El anbârae commorantem rediit. Forât vero atque Ojeina ultra progressi in Siffinum incurrerunt, ubi Namiritae ac Taglebitae iuncti consederant. Quorum partem quandam irruentes Moslemi in aquam deiecerunt. Acriter eos urgebant, neque ab iis desistebant, succlamantes: „mergimini, mergimini!“ Ipsi Ojeina ac Forât minitabundi in eos inclamabant: „submersio pro crematione!“ ut in memoriam iis revocarent proelium quoddam tempore paganitatis commissum, quo facto illi homines nonnullos, ortos tribu Bekr ben wâjel, in arundineto cremaverant. Deinde ad El mothannam reversi sunt, postquam illos merserant. Milites quum ad exercitum El anbarae constitutum rediissent, atque cohortes turmaeque, quae emissae fuerant, sensim eo reversae essent, El mothanna cum iis in El dschesiram descendit, ibique castra posuit. Omar cuivis exercitui speculatores adiunxerat. Itaque quum res in illa expeditione gestae ad eum perscriberentur, ea quoque, quae in proelio contra Taglebitas ad aquam edito Ojeina ac Forât exclamaverant, comperit. Propterea, legato misso, illos arcessivit, quaestionemque de ea re instituit. Duces se, ut exemplum severitatis ederent, illud dixisse responderunt, neque vero ut talionem, tempore paganitatis usitatam, exsequerentur, se ita egisse. Deinde, quum iusiurandum Omar ab iis exigeret, se illa re exemplum severitatis tantum edere, gloriamque islamismo augere voluisse, iurarunt. Tum Omar fidem iis habuit, eosque ad El mothannam remisit.

ذِكْرُ الخَبَرِ عَمَّا هَيَّجَ أَمْرَ ٱلْقَادِسِيَّةِ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ ٱللَّهِ بْنِ سَوَادَةَ بْنِ نُوَيْرَةَ عن عَزِيزِ بْنِ مِكْنَفٍ ٱلتَّمِيمِيِّ ثُمَّ ٱلْأُسَيْدِيِّ وَطَلْحَةَ بْنِ ٱلْأَعْلَمِ الحَنَفِيِّ عن ٱلْمُغِيرَةِ بْنِ عُتَيْبَةَ بْنِ ٱلنَّهَّاسِ العِجْلِيِّ وَزِيَادِ بْنِ سَرْجِسَ ٱلْأَحْمَرِيِّ عن عَبْدِ ٱلرَّحْمَنِ بْنِ سَابَاطٍ ٱلْأَحْمَرِيِّ قالوا جَمِيعًا قال أَهْلُ فَارِسَ لِرُسْتَمَ وَٱلْفَيْرُزَانِ وهما على اهل فارس أَيْنَ يُذْهَبُ بِكُمَا لم يَبْرَحْ بِكُمَا ٱلْاخْتِلَافُ حتى وَهَّنْتُمَا أَهْلَ فَارِسَ وَأَطْمَعْتُمَا فيهم عَدُوَّهُمْ وَإِنَّهُ لَمْ يَبْلُغْ مِنْ خَطَرِكُمَا أَنْ يُقِرَّكُمَا فَارِسُ على هذا ٱلرَّأْيِ وَأَنْ تُعَرِّضَاهَا لِلْهَلَكَةِ ما بَعْدَ بَغْدَادَ وَسَابَاطَ وَتَكْرِيتَ إِلَّا ٱلْمَدَائِنَ وَٱللَّهِ لَتَجْتَمِعَانِّ أَوْ لَنَبْدَأَنَّ بكما قَبْلَ أَنْ يَشْمَتَ بِنَا شَامِتٌ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عُبَيْدِ ٱللَّهِ بْنِ مُحَفِّزٍ عن ابيه قال قال أَهْلُ فَارِسَ لِرُسْتَمَ والمسلمون يَمْخَرُونَ ٱلسَّوَادَ ما تَنْتَظِرُونَ وَٱللَّهِ إِلَّا أَنْ يُنْزَلَ بِنَا وَنَهْلِكَ والله ما جَرَّ هذا ٱلْوَهْنَ علينا غَيْرُكُمْ يا مَعَاشِرَ ٱلْقُوَّادِ لقد فَرَّقْتُمْ بين أَهْلِ فَارِسَ وَثَبَّطْتُمُوهُمْ عن عَدُوِّهِمْ وَٱللَّهِ لو لا أَنَّ فى قَتْلِكُمْ هَلَاكَنَا لَعَجَّلْنَا لَكُمُ ٱلْقَتْلَ ٱلسَّاعَةَ وَإِنْ لم تَنْتَهُوا لَنُهْلِكَنَّكُمْ ثم نَهْلِكُ حين نَهْلِكُ وقد ٱشْتَفَيْنَا مِنْكُمْ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ وَزِيَادٍ قالوا فقال ٱلْفَيْرُزَانُ وَرُسْتَمُ لِبُورَانَ ٱبْنَةِ كِسْرَى ٱكْتُبِي لنا نِسَاءَ كِسْرَى وَسَرَارِيَهُ وَنِسَاءَ آلِ كِسْرَى وَسَرَارِيَهُمْ فَفَعَلَتْ ثم اخرجت ذلك اليهم فى كتاب فَأَرْسَلُوا فى طَلَبِهِنَّ فلم يَبْقَ منهن أَحَدٌ إِلَّا أَتَوْا بها فَأَخَذُوهُنَّ بِالرِّجَالِ وَوَضَعُوا عليهن العَذَابَ يَسْتَدِلُّونَهُنَّ على ذَكَرٍ

### *Caput vicesimum quintum.*

### *Iesdedscherd, Persarum rex, bellum contra Moslemos renovat.*

Exponuntur quae rerum apud El kâdessijjam gestarum causam attulerunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea comperernt ex Mohammed ben abd alla ben sewâda ben noweira, cui ab Asis ben kanif Temimita, postea Assidita, narrata fuerant; atque ex Talcha ben el alam Hanifita, cui ab El mogîra ben otciba ben ennahhâs Idschlita narrata fuerant; atque ex Sijâd ben sirdschis Achmarita, cui ab Abd errachmân ben sâbât Achmarita narrata fuerant. Qui dixerunt omnes: Persae vero ad Rustemum ac Fîrûsânum, quos rebus suis praefecerant, sic loquuti sunt: „quonam tandem abibitis? discordia continua ita laboratis, ut gentem Persarum labefactetis, hostemque ad eam invadendam incitetis. Animum vestrum plane non subit, gentem Persarum vos his consiliis praeficere, vos vero eam in interitum adducere, terrasque omnes pone Bagdâdum, Sâbâtam ac Tekrîtam sitas, sola El madâïna excepta. Per Deum! nisi in concordiam redibitis, vos primos perimemus ante quam malevoli nostris malis gaudeant." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben michfar ea compererat, cui a patre narrata fuerant. Qui dixit: Persae, quum Moslemi provinciam Sewâdensem depopularentur, dixerunt Rustemo: „non exspectatis, per Deum, nisi ut ipsi invadamur, atque pereamus, neque ab ullo, nisi a vobis factum est, ut in hanc imbecillitatem incideremus. O coetus principum! vos sane gentem Persarum in partes discidistis, eamque ab hostibus depellendis avocastis. Per Deum! nisi, vobis occisis, ipsi perituri essemus, extemplo mortem vobis inferremus. Quodsi vero ab hac agendi ratione non desistitis, certe vos perimemus, tumque, si perimus, post ultionem saltem in vos obtentam peribimus."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque comperernt. Qui dixerunt: Fîrûsân ac Rustem dixerunt Bûrânae, filiae Kesrae: „perscribe nobis uxores Kisrae, eiusque pellices, atque porro uxores hominum Kisrae cognatorum, eorumque pellices!" Hoc igitur fecit Bûrâna, nominaque in libello consignata ad duces transmisit. Qui, hominibus ad feminas illas conquirendas emissis, eas arcessiverunt cunctas, iisque, ut viros adducerent, imperarunt; poenam quoque iis minati sunt, ut per eas de prole mascula ab filiis

من أبناء كسرى فلم يوجد عندهن منهم أحد وقلن أو من قال منهن لم يبق إلا غلام يدعى يزدجرد من ولد شهريار بن كسرى وأمه من اهل بادوريا فارسلوا اليها فأخذوها به وكانت قد أنزلته فى ايام شيرى حين جمعهن فى القصر الأبيض فقتل الذكور فواعدت أخواله ثم دلته اليهم فى زبيل فسألوها عنه وأخذوها به فدلتهم عليه فأرسلوا اليه فجاءوا به فملكوه وهو ابن إحدى وعشرين سنة واجتمعوا عليه واطمأنت فارس واستوسقوا وتبارى الرؤساء فى طاعته ومعونته فسمى الجنود لكل مسلحة كانت لكسرى أو موضع ثغر فسمى جند الحيرة والانبار والمسالح والأبلة وبلغ ذلك من أمرهم واجتماعهم على يزدجرد المثنى والمسلمين فكتبوا الى عمر بما ينتظرون ممن بين ظهرانيهم فلم يصل الكتاب الى عمر حتى كفر أهل السواد من كان له عهد فخرج المثنى على حاميته حتى نزل بذى قار وتنزل الناس بالطف فى عسكر واحد حتى جاءهم كتاب عمر أما بعد فاخرجوا من بين ظهرى الأعاجم وتفرقوا فى المياه التى تلى الأعاجم على حدود أرضكم وارضهم ولا تدعوا فى ربيعة احدا ولا مضر ولا حلفائهم أحدا من اهل النجدات ولا فارسا إلا اجتلبتموه فان جاء طائعا وإلا حشرتموه احملوا العرب على الجد اذ جد العجم فلتلقوا جدهم بجدكم فنزل المثنى بذى قار ونزل الناس بالجل وبشراف الى غضى وغضى جبل البصرة فكان جرير بن عبد الله بغضى وسبرة بن عمرو العنبرى ومن أخذ إخذهم فيمن معه الى سلمان فكانوا فى أمواه العرب من أولها الى آخرها مسالح بعضهم تنظر الى بعض ويغيث بعضهم بعضا إن كان كون وذلك فى ذى القعدة من سنة ثلث عشرة

حدثنا السرى عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وزياد باسنادهم قالوا كان أول ما عمل به عمر حين بلغه أن فارس قد ملكوا يزدجرد أن كتب الى عمال العرب على الكور والقبائل وذلك فى ذى الحجة من سنة ثلث عشرة مخرجه الى

Kisrae orta certiores fierent. Sed nulla apud eas reperta est. Dixerunt, vel una ex iis dixit: „non superest, nisi iuvenis unus, Iesdodscherd, qui ex filiis Schehrijâri ben kisra est, matremque habet feminam in civitate Bâdûrija ortam.“ Tum duces hanc feminam acciverunt, eique, ut filium adduceret, imperarunt. Quem puerum illa tempore Schirae dimiserat, quum feminas illo in castellum album cogeret, prolemque masculam necaret; tum enim illa, quemadmodum ipsi cum pueri avunculis convenerat, filium corbe conditum ex alto ad eos demiserat. De hoc iuvene igitur Rustem ac Firûsân sciscitati sunt, eumque adducere iusserunt matrem. Quae quum locum, quo filius commorabatur, significasset, duces illi ad eum conquirendum homines nonnullos emiserunt. A quibus adductus, statim rex creatus est, natus annos unum et viginti. Quem quum omnes recepissent, gens Persarum ad fiduciam ac concordiam rediit, ducesque obsequio atque auxilio regi praestandis inter se certarunt. Itaque Iesdedscherd agmina designavit, quae ad singula castella limitanea, quae Kisra obtinuerat, atque ad pylas singulas mitterentur; agmina El hîrae quoque, atque El anbârae, castellorumque limitaneorum, atque El obollae, designavit. Quas res hostes agere, regemque eos Iesdedscherdum recepisse, quum El mothanna Moslemique comperissent, Omaro quae ipsi ab hominibus a se proximis exspectarent, litteris datis, significarunt. Quae litterae ante quam ad Omarum pervenerunt, incolae provinciae Sewâdensis, quibus pax concessa fuerat, iam rebellarunt. Propterea El mothanna cum propugnatoribus iter ingressus, ad Dsù kàr consedit, sensimque milites ad Ettaffam in exercitum unum confluxerunt. Tum hae litterae, ab Omaro datae, ad eos perlatae sunt: „Deinde vero haec! iam ex medio Persarum discedentes inter flumina Persis vicina, in confiniis terrae vestrae terraeque illorum sita, vos dispergite! Quemvis vero Rebîitam, Modaritamque, horumque foederatum, virtute ac fortitudine praestantem, ad vos advocate! Si promtus ille ad vos accedit, gaudeo; sin minus, eum arcessito! Arabesque ad studium incitate, quia Persae iam studium ad rem adhibent, ut eorum studio studium vestrum opponatis.“ Itaque El mothanna ad Dsù kàr constitit, ceterique apud El chall atque Schirâf usque ad Guddam constiterunt, quae est mons El basrae vicinus. Dscherir ben abd alla in Gudda consedit; Sebra ben amr Anbarita vero, et qui illos sequebantur, cum suis ad Selmânam versus consederunt. Atque ad amnes Arabum omnes, a primo ad extremum usque, praesidia constituta erant, quorum alia observabant alia, aliaque aliis subsidium ferebant, si quid accidebat. Quae res gestae sunt mense Dsul kaada, anno tertio decimo.

Haec nobis narravit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea ex Mohammede, ac Taleha, Sijâdoque comperérat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: prima res, quam Omar, quum Persas Iesdedscherdum regem creasse cognovisset, ipse peregit, ea fuit, quod ad praefectos Arabum, qui regionibus tribubusque praeerant, litteras daret mense Dsul hiddscha, anno tertio decimo, quum iter sacrum ingrederetur; quovis enim anno

الحَجِّ وَحَجَّ سَنَوَاتِهِ كُلَّهَا لَا تَدَعُوا أَحَدًا له سِلَاحٌ او فَرَسٌ او نَجْدَةٌ ولا رَأْىٌ إلَّا ٱنْتَخَبْتُمُوهُ ثم وَجَّهْتُمُوهُ إِلَىَّ والعَجَلَ العَجَلَ فمَضَتِ ٱلرُّسُلُ الى من أَرْسَلَهُمْ اليه مَخْرَجَهُ الى الحَجِّ وَوَافَاهُ أَوَائِلُ هذا ٱلضَّرْبِ عن القبائل التى طُرُقُهَا الى مَكَّةَ والمدينة فأَمَّا مَنْ كان من المدينة على ٱلنِّصْفِ ما بينه وبين العراق فوَافَاهُ بالمدينة مَرْجِعَهُ من الحَجِّ وأَمَّا من كان أَسْفَلَ من ذلك فٱنْضَمُّوا الى ٱلْمُثَنَّى فأَمَّا مَنْ وَافَى عُمَرَ فإِنَّهُمْ أَخْبَرُوهُ عَمَّنْ وَرَآءَهُمْ بالحَثِّ وقال أَبُو مَعْشَرٍ فيما حَدَّثَنِى الحَرِثُ من ٱبْنِ سَعْدٍ عنه وعن ابن اسحق فيما حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حَدَّثَنَا سَلَمَةُ عنه الذى حَجَّ بالناس سَنَةَ ثَلَثَ عَشْرَةَ عَبْدُ ٱلرَّحْمَنِ بْنُ عَوْفٍ ۞ وَقَدْ حَدَّثَنِى ٱلْمَقْدِىُّ من إِسْحَقَ ٱلْفَرْوِىِّ عن عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ عُمَرَ عن نَافِعٍ عن ٱبْنِ عُمَرَ قال ٱسْتَعْمَلَ عُمَرُ على الحَجِّ عبد الرحمن بن عوف فى السَّنة التى وَلِىَ فيها فحَجَّ بالناس ثم حَجَّ سِنِيهِ كُلَّهَا بعد ذلك بِنَفْسِهِ ۞ وَكَانَ عَامِلَ عُمَرَ فى هذه السَّنة على ما ذُكِرَ على مَكَّةَ عَتَّابُ بْنُ أَسِيدٍ وعلى ٱلطَّائِفِ عثمن بن ابى العاص وعلى ٱلْيَمَنِ يَعْلَى بْنُ مُنْيَةَ وعلى عُمَانَ واليمامة حُذَيْفَةُ بْنُ مِحْصَنٍ وعلى البحرين ٱلْعَلَآءُ بْنُ ٱلْحَضْرَمِىِّ وعلى الشام ابو عبيدة بن الجَرَّاحِ وعلى فَرْجِ الكوفة وما فُتِحَ من أَرْضِهَا ٱلْمُثَنَّى بْنُ حَارِثَةَ وكان على ٱلْقَضَآءِ فيما ذُكِرَ عَلِىُّ بْنُ أَبِى طَالِبٍ عليه السلم وقيل لم يَكُنْ لِعُمَرَ فى أَيَّامِهِ قَاضٍ

ثُمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ أَرْبَعَ عَشْرَةَ ۞ فَفِى أَوَّلِ يَوْمٍ مِنَ ٱلْمُحَرَّمِ مِنْ سَنَةِ أَرْبَعَ عَشْرَةَ فيما كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة وَزِيَادٍ بِإِسْنَادِهِمْ خَرَجَ عُمَرُ حتى نزل على مَآءٍ يُدْعَى صِرَارَ حتى نزل به فعَسْكَرَ ولا يَدْرِى ٱلنَّاسُ ما يُرِيدُ أَيَسِيرُ أَمْ يُقِيمُ وكانوا اذا أَرَادُوا أَنْ يَسْأَلُوهُ عن شَىْءٍ رَمَوْهُ بِعُثْمَنَ أَوْ بِعَبْدِ ٱلرَّحْمَنِ بْنِ عَوْفٍ وكان عُثْمَنُ يُدْعَى فى إِمَارَةِ عُمَرَ رَدِيفًا قالوا وَٱلرَّدِيفُ بِلِسَانِ ٱلْعَرَبِ الذى بعد الرجل وَٱلْعَرَبُ تقول ذلك لِلرَّجُلِ الذى يَرْجُونَهُ بَعْدَ رَئِيسِهِمْ وكانوا اذا لم يَقْدِرْ هذان على عِلْمِ شَىْءٍ مِمَّا يريدون ثَلَّثُوا بِٱلْعَبَّاسِ فقال عُثْمَنُ لِعُمَرَ ما بَلَغَكَ الذى تُرِيدُ فنَادَى ٱلصَّلوةَ جَامِعَةً فاجتمع الناس اليه فأَخْبَرَهُمُ الخَبَرَ ثم

hoc iter peragebat. Haec vero scripsit: „quemvis hominem, cui arma sunt, vel equus, vel fortitudo, vel prudentia, excitate, eumque ad me mittite! citoque hoc facite!“ Itaque nuntii ad gentes eas singulas, ad quas eos mittebat, profecti sunt, quum Omar iter sacrum ingrederetur. Atque mox ad eum perveuerunt prima agmina huius delectus ex iis tribubus missa, quas Mekkam atque El medinam iter conferre iusserat. Quicunque vero inter El medinam atque El irâkam circa mediam viae partem sedebant, ii ad Omarum accesserunt El medinae, quum ex itinere sacro rediret. Qui infra sedebant, ad El mothannam se contulerunt. Quicunque ad Omarum accesserunt, se eos, qui remanserant, iam ad veniendum excitasse nuntiarunt. Dixit Abu maascher, ut El hâreth mihi narravit, qui ab Ebn saad hoc acceperat, cui ab illo narratum fuerat, atque ab Ebn ishâk, ut Ebn homeid mihi narravit, qui dixit: tradidit hoc nobis Salama, cui ab illo narratum fuerat: anno tertio decimo hominibus iter sacrum peragentibus praefuit Abd errachmân ben auf. Hoc mihi tradidit El makaddi, qui ab Ishâk el farwi id acceperat, cui ab Abd alla ben omar traditum fuerat, qui ex Nâfio id compererat, cui ab Ebn omar narratum fuerat; qui dixit: hominibus iter sacrum peragentibus Omar eo anno, quo imperium suscepit, Abd errachmânum ben auf praefecit; qui iter peregit. Postea vero ipse Omar quovis anno iter sacrum peregit. Hoc autem anno, ut ferunt, ab Omaro delegatus Mekkae praefuit Attâb ben assid, Ettâïfae vero Othmân ben abil âss, El jemenae Iaala ben monebbih, Omânae atque El jemâmae Hodseifa ben michsan, El bachreinae El alâ ben el hadrami, Syriae Abu obeida ben el dscharrâch, limiti El kûfae, terrisque, quas Moslemi occupaverant, vicinis El mothanna ben hâretha. Iudiciis Ali ben abi tâleb praefuisse fertur. Alii vero Omarum, quamdiu imperio praeesset, nullum iudicem habuisse perhibent.

Tum incepit annus quartus decimus. Primo autem die mensis El moharrami, anno quarto decimo, ut Essurri ad me scripsit, qui a Schoaibo hoc acceperat, cui a Seifo traditum fuerat, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque, ad praeceptores suos provocantibus, hoc compererat, Omar iter ingressus, ad fontem quendam, qui Derâr vocatur, perrexit, ibique castra posuit. Homines vero nesciebant, quid ille animo intenderet, utrum progredi, an subsidere vellet. Quoties ex Omaro aliquid sciscitari volebant, Othmânum vel Abd errachmânum ben auf ad eum mittere solebant. Othmân enim, quum Omar imperio praeesset, Redifus *i. e. adiunctus* vocabatur; dicunt vocabulum Redif in sermone arabico eum significare, qui aliquem virum proximus sequatur, Arabesque hoc nomen ei imposuisse, quem post principem defensorem suum haberent. Si vero duumviri illi rem, quam scire vellent, explorare non poterant, tum tertium iis adiungebant El abbâsum. Dixit igitur Othmân Omaro: „quid compertum habes, quo intendas?“ Sed Omar precationem omnium generalem indicere iussit. Ad quam quum homines convenissent, rem, quam compererat, iis exposuit, et, quid homines dicturi essent, exspectavit.

نَظَرَ ما يقول الناس فقال ٱلْعَامَّةُ سِرْ وَسِرْ بِنَا مَعَكَ فدَخَلَ معهم فى رَأْيِهِمْ وَكَرِهَ
أَنْ يَدَعَهُمْ حتى يُخْرِجَهُمْ منه فى رِفْقٍ فقال ٱسْتَعِدُّوا وَأَعِدُّوا فَإِنِّى سَائِرٌ إِلَّا
أَنْ يَجِىءَ رَأْىٌ هُوَ أَمْثَلُ مِنْ هَذَا ثُمَّ بَعَثَ الى أَهْلِ ٱلرَّأْيِ فاجتمع اليه وُجُوهُ
أَصْحَابِ ٱلنَّبِيِّ صَلَّى اللّه عليه وَسَلَّمَ وَأَعْلَامُ ٱلْعَرَبِ فقال أَحْضِرُونِى ٱلرَّأْىَ
فَإِنِّى سَائِرٌ فاجتمعوا جميعا وَأَجْمَعَ مَلَأُهُمْ على أَنْ يَبْعَثَ رَجُلًا من أَصْحَابِ
ٱلنَّبِيِّ صلى اللّه عليه وَسَلَّمَ وَيُقِيمَ وَيَرْمِيَهُ بِٱلْجُنُودِ فَإِنْ كان الذى يشتهى من
الفتح فهو الذى يريد ويريدون وَإِلَّا أَعَادَ رَجُلًا وَنَدَبَ جُنْدًا آخَرَ وفى ذلك
ما يُغِيظُ وَيَرْعَوِى ٱلْمُسْلِمُونَ وَيَجِىءُ نَصْرُ ٱللّٰهِ بِإِنْجَازِ مَوْعُودِ ٱللّٰهِ فَنَادَى عُمَرُ
ٱلصَّلٰوةَ جَامِعَةً فاجتمع الناس اليه وَأَرْسَلَ الى عَلِيٍّ عليه ٱلسَّلَمُ استخلفه على المدينة
فَأَتَاهُ والى طلحة وقد بَعَثَهُ على ٱلْمُقَدِّمَةِ فَرَجَعَ اليه وعلى ٱلْمُجَنِّبَتَيْنِ ٱلزُّبَيْرُ
وعبد الرحمن بن عوف فَقَامَ فى الناس فقال إِنَّ اللّه عزّ وجلّ قد جَمَعَ على الاسلام
أَهْلَهُ وَأَلَّفَ بين القلوب وَجَعَلَهُمْ فيه إِخْوَانًا والمسلمون فيما بينهم كَالْجَسَدِ لا يَخْلُو
منه شَىْءٌ مِنْ شَىْءٍ أَصَابَ غَيْرَهُ كذلك يَحُقُّ على المسلمين أَنْ يَكُونُوا وَأَمْرُهُمْ شُورَى
بينهم بين ذَوِى ٱلرَّأْيِ منهم فَٱلنَّاسُ تَبَعٌ لِمَنْ قام بهذا الامر ما ٱجْتَمَعُوا عليه وَرَضُوا
به لَزِمَ ٱلنَّاسَ وكانوا فيه تَبَعًا لهم وَمَنْ قام بهذا الامر تَبَعٌ لِأُولِى رَأْيِهِمْ ما رَأَوْا لهم
وَرَضُوا به لهم من مَكِيدَةٍ فى حَرْبٍ كانوا فيه تَبَعًا لهم يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ إِنِّى إِنَّمَا كُنْتُ
كَرَجُلٍ منكم حتى صَدَّقَنِى ذَوُوا ٱلرَّأْيِ منكم عن الخروج فَقَدْ رَأَيْتُ
أَنْ أُقِيمَ وَأَبْعَثَ رَجُلًا وقد أَحْضَرْتُ هذا ٱلْأَمْرَ مَنْ قَدَّمْتُ وَمَنْ خَلَّفْتُ وكان
عَلِيٌّ عليه السلام خَلِيفَتَهُ على المدينة وَطَلْحَةُ على مُقَدِّمَتِهِ بِٱلْأَعْوَصِ
فَأَحْضَرَهُمَا ذَلِكَ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ عن صَالِحِ بْنِ
كَيْسَانَ عن عُمَرَ بْنِ عبد العزيز قال لَمَّا ٱنْتَهَى قَتْلُ أَبِى عُبَيْدِ بْنِ مَسْعُودٍ الى عُمَرَ
وَٱجْتِمَاعُ أَهْلِ فَارِسَ على رَجُلٍ من آلِ كِسْرَى نَادَى فى المهاجرين والانصار وَخَرَجَ

Tum totus coetus exclamavit: „iter ingredere, nosque tecum duc!“ Omar ad eorum consilium accessit; nam nolebat ab iis discedere, quoad bona cum gratia eos ab illo consilio demoveret. Dixit igitur: „promti estote, paratique! Nam iter ingrediar, nisi forte consilium proponatur, quod illo praestantius sit.“ Atque statim homines consilio praestantes se convenire iussit. Itaque ad eum accesserunt familiarium prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque, primarii, Arabumque principes. Quibus Omar: „consilium date, inquit; nam iter ingressurus sum.“ Illi vero, concilio habito, communi consensu Omaro iniunxerunt, ut aliquem prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque, familiarem eo emitteret, ipse vero suo loco subsisteret, illique duci agmina plura subsidio submitteret; quodsi dux ille victoria, quae in votis esset, potiretur, tum fore ut, quae ab Omaro Moslemisque expeterentur, plene obtinerentur; sin minus, novum ducem mittendum, agmenque aliud evocandum esse; inesse in hac re quod aemulationem excitet, Moslemosque tanto studio usuros esse, ut auxilium a Deo praestandum ea, quae Deus promisisset, perfecturum sit. Itaque Omar precationem omnium generalem indicere iussit; ad quam peragendam homines ad eum confluxerunt. Deinde Alium, qui consalutetur, quem El mediuae praefecerat, accedere iussit; qui statim Omarum convenit. Porro Talcham quoque, quem primo agmini praefecerat, ad se advocavit; qui igitur ad Omarum rediit. Alis praeerant Essobeir atque Abd errachmân ben auf. Tum Omar pro concione haec loquutus est: „celebrandus laudandusque Deus islamismo homines, qui eum amplexi sunt, iam coniunxit, eorumque corda ita inter se conciliavit, ut ipsi fratres facti sint, Moslemique omnes unum quasi corpus adeo efficiant, ut nulla eorum pars ab aliqua re, quae aliam partem adficit, immunis esse possit. Atque ita se gerere Moslemos tum quoque oportet, si de ipsorum rebus viri consilio praestantes deliberationem habent. Homines obtemperare solent viris, qui his rebus praesunt, ita ut quaecunque ab his statuantur atque decernantur, iis homines obligentur, ipsique iis obtemperent. Qui vero his rebus praesunt, prudentiorum consilium amplectuntur; quod expedire censuerunt, et quae strategemata ad bellum accommodata esse existimarunt, ea recipiunt. O homines! atque ego quoque quasi unus ex vobis fui, quoad viri consilio praestantes a profectione me deduxerunt. Itaque iam constitui, ut hoc loco maneam, virumque alium emittam. Ad hanc rem vero tum eum adhibui, quem praemiseram, tum eum, quem vicarium reliqueram.“ Ali enim, qui consalutetur, tanquam vicarius ab Omaro relictus erat El mediuae, Talcha vero primo agmini ad El awas constituto praeerat. Utrumque autem Omar ad hanc deliberationem adhibuit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammed ben ishâk ea compererat, cui a Sâlech ben keissân tradita fuerant, qui ab Omar ben abd el asis ea cognoverat. Qui dixit: quum, Abu obeidum ben mesûd occubuisse, Persas vero virum quendam, ex gente Kisrae ortum, principem elegisse, cognovisset Omar, Mo-

حتى أَتَى صِرَارَ وَقَدِمَ طلحة بن عبد الله حتى يَأْتِيَ ٱلْأَعْوَصَ وَسَمَّى لِمَيْمَنَتِهِ عبد الرحمن بن عوف وَلِمَيْسَرَتِهِ ٱلزُّبَيْرَ بْنَ ٱلْعَوَّامِ وَٱسْتَخْلَفَ عَلِيًّا رَضِىَ ٱللّٰهُ عَنْهُ على المدينة واستشار الناس فَكُلُّهُمْ أَشَارَ عليه بِٱلسَّيْرِ الى فَارِسَ ولم يكن استشار فى الذى كان حتى نَزَلَ بِصِرَارَ وَرَجَعَ طَلْحَةُ وكان مِمَّنْ تَابَعَ ٱلنَّاسَ وكان عبد الرحمن مِمَّنْ نهاه فقال عبد الرحمن فَمَا فَدَيْتُ أَحَدًا بِأَبِي وَأُمِّي بَعْدَ ٱلنَّبِيِّ صلّى الله عليه قَبْلَ يَوْمَئِذٍ ولا بَعْدَهُ فقلت يا بِأَبِي وَأُمِّي ٱجْعَلْ عُجْزَهَا لى وَأَقِمْ وَٱبْعَثْ جُنْدًا فقد رَأَيْتَ قَضَآءَ ٱللّٰهِ لك فى جنودك قَبْلُ وَبَعْدُ فَإِنَّهُ إِنْ يُهْزَمْ جَيْشُكَ ليس كَهَزِيمَتِكَ وَإِنَّكَ إِنْ تُقْتَلْ وَتُهْزَمْ فى أَنْفِ ٱلْأَمْرِ خَشِيتُ أَلَّا يُكَبِّرَ المسلمون وَأَلَّا يَشْهَدُوا أَنْ لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ أَبَدًا وهو فى ٱرْتِيَادِ رَجُلٍ وَأَتَى كِتَابُ سَعْدٍ على حَفَفِ مَشُورَتِهِمْ وهو على بعض صَدَقَاتِ نَجْدٍ فقال عمر فَأَشِيرُوا عَلَىَّ بِرَجُلٍ فقال عبد الرحمن وَجَدْتُهُ قال مَنْ هُوَ قال ٱلْأَسَدُ فى بَرَاثِنِهِ سَعْدُ بْنُ مَالِكٍ وَمَالَأَهُ أُولُوا ٱلرَّأْيِ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن خُلَيْدِ بْنِ زُفَرَ عن ابيه قال كَتَبَ ٱلْمُثَنَّى الى عُمَرَ باجتماع فَارِسَ على يَزْدَجَرْدَ وَبِبُعُوثِهِمْ وَبِحَالِ اهل الذمّة فكتب اليه عُمَرُ أَنْ تَنَحَّ الى ٱلْبَرِّ وَٱدْعُ مَنْ يَلِيكَ وَأَقِمْ منهم قَرِيبًا على حُدُودِ ارضك وارضهم حتى يَأْتِيَكَ أَمْرِى وَعَاجَلَتْهُمُ ٱلْأَعَاجِمُ فَزَاحَفَتْهُمُ ٱلزُّحُوفُ وثار بهم أَهْلُ ٱلذِّمَّةِ فخرج المثنّى بالناس حتى يَنْزِلَ ٱلْعِرَاقَ فَفَرَّقَهُمْ فيه من أَوَّلِهِ الى آخِرِهِ فاقاموا ما بين غُضَىٍّ الى ٱلْقُطْقُطَانِيَّةِ مَسَالِحَهُ وَعَادَتْ مَسَالِحُ كِسْرَى وَثُغُورُهُ وَٱسْتَقَرَّ أَمْرُ فَارِسَ وهم فى ذلك هَائِبُونَ مُشْفِقُونَ من المسلمين مُتَدَفِّقُونَ والمسلمون قد ضَرِبُوا كَٱلْأَسَدِ يُنَازِعُ فَرِيسَتَهُ ثم يُعَاوِدُ ٱلْكَرَّ وَأُمَرَاؤُهُمْ يُكَفْكِفُونَهُمْ بِكِتَابِ عُمَرَ وَبِأَمْدَادِ ٱلْمُسْلِمِينَ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلْقٰسِمِ بن محمد قال قد كان ابو

hâdscheros atque Anssârios evocavit. Deinde iter fecit, quoad ad Derâr constitit. Talcha ben abd alla ad El awas accessit. Alae dextrae Omar praefecit Abd errachmânum ben auf, laevae Sobeirum ben el awwâm; Alium, quem Deus gratum habeat, vicarium suum reliquit El medinae. Quum homines in consilium adhibuisset, ut ipse in Persiam proficisceretur, suaserunt omnes. Neque de iis, quae acciderant, homines ante consultaverat, quam ad Derâr consederat. Rediit eo Talcha; qui ex iis fuit, qui ceteris hominibus adstipulati sunt. Abd errachmân vero ex iis fuit, qui Omarum eo proficisci vetuerunt. Dixit Abd errachmân: „nulli prorsus homini post prophetam, cui bene dicat Deus, mortuum devovi patrem matremque ante illum diem, neque postea. Tum vero dixi: patrem matremque tibi devoveo! Extrema mihi quidem cede! Hoc loco mane, agmenque emitte! Iam vidisti, quae Deus agminibus tuis decrevit antea atque postea. Quodsi exercitus tuus profligatur, res alia haec est, ac si profligaris ipse. Nam si occumbis, atque inter primum impetum profligaris, vereor ut Moslemi laudes Deo dicant, deumque praeter Deum esse nullum, exclament unquam!" Quum igitur Omar deliberaret, quem emitteret hominem, sub finem consultationis litterae Saadi adlatae sunt, qui piis donis quibusdam terrae Nedschdensis tunc praeerat. Tum Omar: „hominem, inquit, mihi designate!" Abd errachmân vero: „iam eum repperi." Atque Omar: „quisnam est?" Cui Abd errachmân: „leo, inquit, unguibus suis praeditus, Saad ben mâlek." Tum homines prudentissimi ei adstipulati sunt.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Choleido ben sofar ea compererat, qui a patre ea cognoverat. Qui dixit: El mothanna quum Omaro scripsisset, communi consilio Persas Iesdedscherdum regem creasse, agminaque emisisse, hominesque in clientelam receptos res novas moliri, Omar ad eum rescripsit haec: „recedo ad regionem desertam, militibus, qui in propinquo sunt, ad te advocatis, atque prope ab illis in confiniis terrae tuae illorumque terrae subsiste, quoad mandata mea ad te perferantur." Mox vero Moslemos Persae acriter urserunt, incursoribus omissis, atque etiam ii homines, qui in clientelam recepti fuerant, contra eos exsurrexerunt. Quam ob rem El mothanna cum militibus abiit, atque in El irâka consedit; deinde milites per omnes eius partes ita distribuit, ut inter Guddam et El kutkutânijjam eius praesidia constituerentur. Tum etiam praesidia Chosrois restituta sunt, eiusque pylas quoque Persae occuparunt. Itaque ipsorum res iam bene compositae erant; sed sibi timebant tamen, atque a Moslemis cavebant, celeriter incedentes. Moslemi ibi substiterunt tanquam leo, qui naturam suam coercet, mox vero ad impetum redit. Duces eos continebant ad litteras Omari provocantes, atque subsidia a Moslemis mittenda.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex El kâssem ben mohammed ea compererat; qui dixit: Abu bekr Saadum piis donis Hewâ-

بكر آسْتَعْمَلَ سَعْدًا على صَدَقَاتِ هَوَازِنَ بِنَجْدٍ فَأَقَرَّهُ عُمَرُ وَكَتَبَ اليه فيمن كَتَبَ اليه من ٱلْعُمَّالِ حين آسْتَنْفَرَ ٱلنَّاسَ أَنْ يَنْتَخِبَ أَهْلَ ٱلْخَيْلِ وَٱلسِّلَاحِ مِمَّنْ له رَأْىٌ وَنَجْدَةٌ فَرَجَعَ اليه كتاب سَعْدٍ بِمَنْ جَمَعَ ٱللَّهُ له من ذلك ٱلضَّرْبِ فَوَافَقَ عُمَرَ وقد آسْتَشَارَهُمْ فى رجل فَأَشَارُوا عليه به عند ذِكْرِهِ ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَزِيَادٍ وَطَلْحَةَ بِإِسْنَادِهِمْ قالوا كان سَعْدُ بْنُ أَبِى وَقَّاصٍ على صَدَقَاتِ هَوَازِنَ فَكَتَبَ اليه عُمَرُ فيمن كَتَبَ اليه بِٱنْتِخَابِ ذَوِى ٱلرَّأْىِ وَٱلنَّجْدَةِ مِمَّنْ كان له سلاح او فَرَسٌ فَجَآءَهُ كِتَابُ سَعْدٍ إِنِّى قد آنْتَخَبْتُ لك أَلْفَ فَارِسٍ مُؤْدٍ كُلُّهُمْ له نَجْدَةٌ وَرَأْىٌ وَصَاحِبُ حِيطَةٍ يَحُوطُ حَرِيمَ قَوْمِهِ وَيَمْنَعُ ذِمَارَهُمْ اليهم انتهت احسابهم وَرَأْيُهُمْ فَشَأْنَكَ بهم وَوَافَقَ كتابه مشورتهم قالوا وقد وَجَدْتُهُ قال فَمَنْ قالوا ٱلْأَسَدُ عَادِيًا قال مَنْ قالوا سَعْدٌ فانتهى الى قولهم فَأَرْسَلَ اليه فقدم عليه فَأَمَّرَهُ على حرب العراق وَأَوْصَاهُ فقال يا سَعْدُ سَعْدَ بَنِى وُهَيْبٍ لا يَغُرَّنَّكَ من الله إِنْ قيل خَالُ رَسُولِ الله صلّى الله عليه وَصَاحِبُ رسول الله فَإِنَّ ٱللَّهَ عَزَّ وَجَلَّ لا يَمْحُو ٱلشَّىْءَ بِٱلشَّىْءِ وَلَكِنَّهُ يَمْحُو ٱلشَّىْءَ بالحَسَنِ فَإِنَّ ٱللَّهَ ليس بينه وبين أَحَدٍ نَسَبٌ إِلَّا طَاعَتُهُ فَٱلنَّاسُ شَرِيفُهُمْ وَوَضِيعُهُمْ فى ذَاتِ ٱللَّهِ سَوَآءٌ ٱللَّهُ رَبُّهُمْ وهم عِبَادُهُ يَتَفَاضَلُونَ بِٱلْعَافِيَةِ وَيُدْرِكُونَ ما عنده بالطاعة فَٱنْظُرِ ٱلْأَمْرَ الذى رَأَيْتَ من رَسُولِ ٱللَّهِ صلّى الله عليه مُنْذُ بُعِثَ الى أَنْ فَارَقَنَا فَٱلْزَمْهُ وَٱلْزَمْهُ فَإِنَّهُ ٱلْأَمْرُ هذه عِظَتِى إِيَّاكَ إِنْ تَرَكْتَهَا وَرَغِبْتَ عنها حَبِطَ عَمَلُكَ وَكُنْتَ من الخاسرين وَلَمَّا أَرَادَ أَنْ يُسَرِّحَهُ دعاه فقال إِنِّى قد وَلَّيْتُكَ حرب العراق فَٱحْفَظْ وَصِيَّتِى فَإِنَّكَ تَقْدَمُ على امر شديد كَرِيهٍ لا تَخْلُصُ منه إِلَّا الحَقُّ تَعَوَّدْ نَفْسَكَ ومن معك الخَيْرَ وَٱسْتَفْتِحْ به وَٱعْلَمْ أَنَّ لِكُلِّ عَادَةٍ عَتَادًا فَعَتَادُ الخَيْرِ ٱلصَّبْرُ فالصبر الصبر على ما أَصَابَكَ او نَابَكَ تجتمع لك خَشْيَةُ اللّه وَٱعْلَمْ أَنَّ خَشْيَةَ اللّه تجتمع فى أَمْرَيْنِ فى طاعته وَٱجْتِنَابِ مَعْصِيَتِهِ وَإِنَّمَا أَطَاعَهُ مَنْ أَطَاعَهُ

ser
inc
qui
Saa
Qu
Saa
Scl
ad
pii
ut
On
rut
sua
po
ru
au
leg
si
h
b
he
pr
De
ce
De
su
Si
ra
„t
en
qu
me
tie
au

senitarum in terra Nedschdensi habitantium praefecerat. Quod munus ei prorogavit Omar. Deinde, quum ad ceteros duces litteras daret, homines evocaturus, etiam Saado scripsit, ut homines, quibus equi et arma essent, eligeret, prudentia ac fortitudine praeditos. Atque mox responsum Saadi ad Omarum relatum est, quo nuntiavit, quot illius generis homines Deus ipsi tribuisset. Quae litterae Omaro redditae sunt quum de homine, quem emitteret, suos consuleret; itaque Saadum, ubi eius mentio facta est, ipsi commendarunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, Sijâdoque, ac Talcha, ad praeceptores suos provocantibus, ea compererant. Qui dixerunt: Saado ben abi wakkâs, qui piis donis Hewâsenitarum praeerat, Omar, quum ad ceteros praefectos litteras daret, scripsit, ut homines prudentia ac fortitudine praeditos, quibus arma vel equi essent, eligeret. Tum ad Omarum hae litterae Saadi relatae sunt: „tibi equidem elegi equites mille, bene instructos, quorum quisque fortitudine ac prudentia praeditus est, atque tutelam ita gerit, ut feminas gentis suae tueatur, eorumque familias defendat; unde fit, ut eorum gloria atque consilium in his viris posita sint. Quibus iam utere!" Saadi litterae quum deliberantibus illis redderentur, exclamarunt: „hominem repperi!" Omar vero: „quisnam est?" Atque illi: „leo, mane irruens." Omar autem: „quisnam, inquit, est?" Illi vero: „Saad!" Tum eorum consilio Omar obtemperavit, legatumque ad Saadum misit. Qui quum accessisset, Omar bello Irâkensi eum praefecit, atque sic eum cohortatus est: „o Saade, Woheibidarum Saade, cave, ne a Deo te avertant qui dicant: hic homo avunculus legati Dei est, cui Deus bene dicat, atque amicus legati Dei. Nam celebrandus laudandusque Deus turpia non obliterat propter turpia, sed turpia obliterat propter honesta, quae patrata sunt. Inter Deum hominemque nulla cognatio exstat, nisi obsequium Deo praestitum; unde fit, ut coram Deo homines omnes, sive ingenui, sive plebeii sunt, pares sint. Deus enim eorum dominus est, eiusque servi ipsi sunt, qui salute a Deo impetranda inter se certant, obsequioque praestito quae penes Deum sunt nanciscuntur. Respice rem, quam legatum Dei, cui Deus bene dicat, ex quo emissus est quoad a nobis discessit perficere vidisti. Hanc rem suscipite, eamque suscipe! Haec enim res gravissima est. Haec est cohortatio mea. Itaque cave! Si eam spernis, atque ab ea recedis, labor tuus ad irritum cadet, ipseque ex iis eris, qui iacturam faciunt." Deinde, quum Saadum emittere vellet, eum ad se advocavit, eique dixit haec: „te equidem praefeci bello Irâkensi; quam ob rem commonitionem meam animo infige! Accedis enim ad rem difficilem ac molestam, ex qua nihil reportabis, nisi probitas tibi est, virtusque iis, qui tecum sunt. Ab ea igitur victoriam spera, atque scito, unicuique agendi rationi esse adiumentum quoddam. Adiumentum virtutis est patientia; patientia autem in eo posita est, ut patienter feras quae tibi accidunt, teque adficiunt. Porro reverentia Dei uteris perfecta. Perficitur autem reverentia Dei rebus duabus, obsequio ei praestito, atque contumacia pulsa. Quicunque

ببغض الدنيا وحبّ الآخرة وعصاه من عصاه بحبّ الدنيا وبغض الآخرة وللقلوب حقائق ينشئها الله منها الانشاء منها السرّ ومنها العلانية فأمّا العلانية فأن تكون حامدة وذامّة فى الحق سواء وأمّا السرّ فيعرف بظهور الحكمة من قلبه على الناس وبمحبّة الناس فلا تزهد فى التحبّب فإنّ النبيّين عليهم السلام قد سألوا محبّتهم وإنّ الله اذا أحبّ عبدا حبّبه واذا أبغض عبدا بغّضه فاعتبر منزلتك عند الله تعالى بمنزلتك عند الناس ممّن يشرع معك فى امرك ثم سرّحه فيمن اجتمع اليه بالمدينة من نفير المسلمين فخرج سعد بن أبى وقّاص من المدينة قاصدا العراق فى أربعة آلف ثلثة ممّن قدم عليه من اليمن والسراة وعلى اهل السروات حميضة بن النعمان بن حميضة وهم بارق وألمع وغامد وساير اخوانهم فى سبع مائة من أهل السراة وأهل اليمن الفان منهم النخع بن عمرو وجميعهم يوميذ أربعة آلف مقاتلتهم وذراريهم ونساؤهم وأتاهم عمر فى عسكرهم فأرادهم جميعا على العراق فأبوا الّا على الشام وأبى الّا العراق فسمح بنصفهم فأمضاهم نحو العراق وأمضى النصف الآخر نحو الشام

كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن حبش النخعىّ عن ابيه وغيره منهم أنّ عمر أتاهم فى عسكرهم فقال إنّ الشرف فيكم يا معشر النخع المتربّع سيروا مع سعد فنزعوا الى الشام وأبى الّا العراق وأبوا الّا الشام فسرّح نصفهم الى العراق ونصفهم الى الشام * كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن محمّد وطلحة والمستنير وحبش قالوا وكان فيهم من حضرموت والصدف ستمائة عليهم شدّاد بن ضمعج وكان فيهم ألف وثلثمائة من مذحج على ثلثة رؤساء عمرو بن معدى كرب على بنى منبّه وأبو سبرة بن ذؤيب على جعفى ومن فى حلف جعفى من إخوة جزء وزبيد وأنس الله ومن لفّهم ويزيد بن الحرث الصدائىّ على صدى ومسلية فى ثلثمائة هولاء شهدوا

Deo obsequitur, mundo spreto ei obsequitur, expetitaque vita futura; quicunque contumacem se praebet, mundo expetito contumacem se praebet, spretaque vita futura. Atque cordibus quaedam veritates sunt, quas Deus ex iis producit. Ex quibus aliquid occultum atque aliquid apertum est. Quod apertum adtinet, in eo positum est, ut laudent vituperentque iuxta vere. Quod occultum adtinet, tum ex sapientia, quae e corde ad homines prodit, tum ex amore hominum cognoscitur. Itaque ab amore te abstinere noli. Nam ipsi prophetae, qui consalutentur, amorem eorum expetierunt, atque Deus, quem servum amat, eum amatum reddit, quemque servum odit, eum odiosum reddit. Dignitatem, quam apud Deum obtinebis, ex ea dignitate, qua apud homines, qui tecum ad negotium tuum perficiendum se accingunt, uteris, coniectura adsequero!" Quibus dictis, Omar eum cum iis militibus emisit, qui ex paratissimis Moslemorum El medinam se iam contulerant. Itaque Saad ben abi wakkâs ex El medîna profectus, cum quattuor millibus in El irâkam tetendit; quorum tria millia ex incolis El jemenae atque regionis altioris erant. Qui ex regionibus altioribus venerant, iis Hamîssa ben ennoomân ben hamîssa praeerat; qui quidem erant Bârek elleme, ac Gâmed, ceterique eorum fratres, cum hominibus septingentis, regionis altioris incolis. Iemenenses duo millia venerant; ex quibus erat tribus Ennocha ben amr. Totus eorum numerus, qui milites ac liberos mulieresque complectebatur, quattuor millia efficiebat. Omar, castra eorum ingressus, iter in El irâkam dirigere iussit omnes. Sed milites proficisci nolebant, nisi in Syriam; Omar vero eos emittere noluit, nisi in El irâkam. Denique dimidiae eorum parti illud concessit. Itaque in El irâkam eos emisit; alterum dimidium vero in Syriam.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Habasch Nochaïta ea compererat, cui a patre, aliisque illius gentis hominibus narrata fuerant. Omar, castra illorum militum ingressus: „nobilitate flores, inquit iis, o coetus Nochaïtarum, qui hic convenit; iam cum Saado iter facite!" Itaque illi in Syriam iter direxerunt. Sed in El irâkam eos tendere iussit; milites vero proficisci nolebant, nisi in Syriam. Itaque Omar dimidium eorum in El irâkam, alterum dimidium in Syriam emisit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, et Talcha, atque El mostenir, et Habasch, ea compererat. Qui dixerunt: in iis militibus erant sexcenti, qui ex Hadramauta atque Essadaf venerant, quibus Schaddâd ben damadsch praeerat. Porro in iis Medshidschitae mille ac trecenti erant, inter duces tres distributi; qui quidem erant Amr ben maadi karib, qui Monebbihitis praeerat; atque Abu sebra ben dsoweib, qui Dschoofitis praeerat, iisque, qui ex fratribus Dschuswi, Sobeidi, atque Anas allae, eorumque adseclis, cum Dschoofitis foedere coniuncti erant; atque Iesid ben el hâreth Sudaïta, qui Sudaïtis Muslijitisque praeerat, hominesque trecentos secum habebat. Hi quidem ex Medshidschitis expeditioni Kâdessijjensi

ٱلْقَادِسِيَّة من مَذْحِج فَمَنْ خرج من المدينة مَخْرَجَ سَعْد منها أَرْبَعَةُ آلْف وخرج معه من قَيْس عَيْلَانَ أَلْفٌ عليهم بِشْرُ بْنُ عَبْد ٱللّٰه ٱلْهِلَالِيُّ ❊ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْب عن سَيْف عن عبيدة عن ابراهيم قال خَرَجَ أَهْلُ ٱلْقَادِسِيَّة من المدينة وكانوا أَرْبَعَةَ آلْف ثَلَٰثَةٌ منهم من أَهْل ٱلْيَمَن وَأَلْفٌ مِنْ سَائِر ٱلنَّاس

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عَنْ شُعَيْب عَنْ سَيْف عن محمد وطلحة وَسَهْل بن ٱلْقسم قالوا وَشَيَّعَهُمْ عُمَرُ من صِرَارَ الى ٱلْأَعْوَص ثم قام فى الناس خَطِيبًا فقال إِنَّ ٱللّٰهَ تعالى إِنَّمَا ضَرَبَ لَكُمُ ٱلْأَمْثَالَ وَصَرَّفَ لكم القول لِيُحْيِىَ بها ٱلْقُلُوبَ فَإِنَّ ٱلْقُلُوبَ مَيِّتَةٌ فى صدورها حتى يُحْيِيَهَا ٱللّٰهُ من علم الله شَيْئًا فَلْيَنْتَفِعْ به فَإِنَّ لِلْعَدْل إِمَارَاتٍ وَتَبَاشِيرَ فَأَمَّا ٱلْإِمَارَاتُ فَالْحَيَآءُ والسَّخَآءُ وَٱلْهَيْنُ وَٱللَّيْنُ وَأَمَّا ٱلتَّبَاشِيرُ فَٱلرَّحْمَةُ وقد جعل الله لِكُلِّ أَمْرٍ بَابًا وَيَسَّرَ لِكُلِّ بَاب مِفْتَاحًا فَبَابُ ٱلْعَدْل ٱلْإِعْتِبَارُ وَمِفْتَاحُهُ ٱلزُّهْدُ وَٱلْإِعْتِبَارُ ذِكْرُ ٱلْمَوْت مَتَى ذُكِرَ ٱلْأَمْوَاتُ وَٱلْإِسْتِعْدَادُ له بِتَقْدِيمِ ٱلْأَعْمَال وَٱلزُّهْدُ أَخْذُ ٱلْحَقّ من كُلِّ أَحَد قبله وَتَأْدِيَةُ ٱلْحَقّ الى كُلِّ أَحَد له ولا تُصَانِعْ فى ذلك أَحَدًا وَٱكْتَفِ بما يَكْفِيهِ من ٱلْكَفَاف فَإِنَّ مَنْ لم يَكْفِهِ ٱلْكَفَافُ لم يَكْفِهِ شى إِنِّى بينكم وبين الله وليس بينى وبينه أَحَدٌ وَإِنَّ ٱللّٰهَ قد أَلْزَمَنِى دَفْعَ ٱلدُّعَآءِ عنه فَأَنْهُوا شَأْنَكُمْ الينا فَمَنْ لم يَسْتَطِعْ فَإِلَى مَنْ يُبَلِّغُنَاهَا نَأْخُذُ له الحَقَّ غيرَ مُتَعْتَعٍ وَأَمَرَ سَعْدًا بِٱلسَّيْر وقال ٱذْهَبْ واذا ٱنْتَهَيْتَ الى زُرُودَ فَٱنْزِلْ بها وَتَفَرَّقُوا فيما حولها وَٱنْدُبْ مَنْ جعلك منهم وَٱنْتَخِبْ أَهْلَ النَّجْدَة وَٱلرَّأْي وَٱلْقُوَّة وَٱلْعُدَّة

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْب عن سَيْف عن مُحَمَّد بْن سُوقَةَ عن رَجُل قال مَرَّتِ ٱلسَّكُونُ مَعَ أَوَّل الجيش وَكِنْدَةُ مع حُصَيْن بْن نُمَيْر ٱلسَّكُونِيّ وَمُعَوِيَةَ بْن حُدَيْج فى اربع ماية فَٱعْتَرَضَهُمْ واذا فيهم فِتْيَةٌ دُلْمٌ سِبَاطٌ مع مُعَوِيَةَ بْن حُدَيْج وَأَعْرَضَ عنهم ثم أَعْرَضَ حتى قيل له ما

interfuerunt. Qui ex El medina profecti sunt eo tempore, quo Saad inde profectus est, quattuor millia fuerunt. Atque simul cum eo homines mille, ex tribu Kais ailân collecti, inde profecti sunt, quibus praeerat Bischr ben abd alla Hilâlita. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Obeida ea cognoverat, cui ab Ibrahimo narrata fuerant. Qui dixit: agmen ad El kâdessijjam emissum ex El medina prodiit, quattuor millia efficiens, in quibus tria millia Jemenensium erant, hominesque mille ex aliis tribubus electi.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, atque Sahl ben el kâssem ea compererat, qui dixerunt: comitatus est discedentes illos Omar, a Derâra ad El awas procedens. Deinde apud milites ita concionatus est: „Deus adorandus parabolas vobis proposuit, sermonemque vobis exposuit, ut corda iis vivida redderet. Corda enim in pectoribus mortua considunt, quoad Deus ea vivida reddat, aliqua re ex scientia Dei patefacta. Quod in usum nostrum converti oportet. Probitatis vero et indicia sunt, et nuntii. Quod indicia adtinet, posita sunt in pudore ac liberalitate, facilitate ac lenitate; quod nuntios adtinet, in misericordia positi sunt. Unicuiusque autem rei portam Deus constituit, atque ad unamquamque portam aptavit clavem. Probitatis porta est exemplum sibi sumere, eiusque clavis est abstinentia. Exemplum sibi sumit, qui, quoties mortui commemorantur, mortis memor fit, atque ad eam se praeparat, praemissis actionibus honestis. Abstinentia vero utitur, qui ab unoquoque, quod iustum est, sumit coram eo, atque unicuique, quod iustum est, tribuit ipsius causa. In qua re ulli homini adulari noli; acquiesce in necessario, quod eum arceat; quem enim id, quod necessarium est, non arcet, eum res arcet nulla. Ipse inter vos atque Deum constitutus sum; sed inter me atque Deum nullus interest. Quamobrem Deus hoc mihi iniunxit, ut precationes ab eo averterem. Propterea res vestras ad nos deferte! Quicunque vero hoc facere nequit, ad eum hominem eas deferat, qui nobis eas exponat. Tum enim ius, quo ei debetur, ipsi restituemus nulla mora interposita." Deinde Omar Saadum iter ingredi iussit, eique: „prodi iam, inquit. Simul ut vero ad Surûdam perveneris, castra ibi pone. Deinde per agros vicinos vos dispergite. Excita eos, quibus te adiunxit, atque ex iis elige homines fortitudine, prudentia, viribus praeditos, armatura instructos!"

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede ben sûka ea compererat, cui homo quidam ea narraverat. Qui dixit: praetervecti sunt Sekûnitae cum primo agmine, atque Kinditae cum Hossain ben nomeir Sekûnita ac Moâwije ben hodeidsch, qui quadringentos homines secum habebat. Quos quum Omar lustraret, iuvenes quosdam nigros, proceros, inter eos conspexit, qui cum Moâwije ben hodeidsch accesserant. A quibus Omar vultum avertit. Quod quum iterum faceret, nonnulli ei dixerunt:

لَكَ وَلِهَؤُلَآءِ قال إِنِّي عَنْهُمْ لَمُتَرَدِّدٌ وما مَرَّ مِن قَوْمٍ مِنَ ٱلْعَرَبِ أَكْرَهَ إِلَىَّ منهم ثم أَمْضَاهُمْ وكان بَعْدُ يُكْثِرُ أَنْ يَتَذَكَّرَهُمْ بِٱلْكَرَاهِيَةِ وَتَعَجَّبَ الناس من رَأْيِ عُمَرَ وكان منهم رَجُلٌ يقال له سَوْدَانُ بْنُ حُمْرَانَ قَتَلَ عثمن بن عفّان رحمه الله واذا منهم حَلِيفٌ لهم يقال له خَالِدُ بْنُ مُلْجَمٍ قَتَلَ عَلِيَّ بْنَ أَبِي طَالِبٍ رَحْمَةُ الله عليه واذا منهم مُعَوِيَةُ بْنُ حُدَيْجٍ فَنَهَضَ فى قوم منهم يَتَتَبَّعُ قَتَلَةَ عُثْمَنَ فقتلهم واذا قَوْمٌ منهم يُقِرُّونَ قَتْلَ عُثْمَنَ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ عن مَاهَانَ وَزِيَادٍ بِإِسْنَادِهِ قالوا وَأَمَدَّ عُمَرُ سَعْدًا بعد خروجه بِأَلْفَىْ يَمَانِيٍّ وَأَلْفَىْ نَجْدِيٍّ مُودٍ وَجَاوُوا مِنْ حَوْلِهَا من امواه بنى تميم وَٱلرِّبَابِ أَرْبَعَةُ أَلْفٍ وَأَمَرَهُمْ أَنْ يَنْزِلُوا عَلَى حَدِّ أَرْضِهِمْ بين الحَزْنِ والبَسِيطَةِ فاقاموا هنالك بين سَعْدِ بْنِ أَبِي وَقَّاصٍ وبين ٱلْمُثَنَّى بْنِ حَارِثَةَ وكان المثنّى فى ثَمَانِيَةِ أَلْفٍ مِنْ رَبِيعَةَ سِتَّةُ أَلْفٍ من بَكْرِ بْنِ وَائِلٍ وَأَلْفَانِ من سَائِرِ رَبِيعَةَ أَرْبَعَةُ أَلْفٍ مِمَّن كان انتخب بعد فُصُولِ خَالِدٍ واربعة الف كانوا مِمَّن بَقِىَ يَوْمَ الجِسْرِ وكان معه من اهل اليمن الفان من بَجِيلَةَ والفان من قُضَاعَةَ وَطَيِّءٍ من انتخبوا الى ما كان قبل ذلك عَلَى طَيِّءٍ عَدِيُّ بْنُ حَاتِمٍ وعلى قضاعة عَمْرُو بْنُ وَبَرَةَ وعلى بجيلة جَرِيرُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ فبينا الناس كذلك سَعْدٌ يَرْجُو أَنْ يَقْدَمَ عَلَيْهِ المثنّى والمثنّى يَرْجُو أَنْ يَقْدَمَ عليه سَعْدٌ مات المثنّى من جراحته التى كان جُرِحَهَا يَوْمَ الجِسْرِ وكانت تَنْتَقِضُ به وَتَبْرَأُ فَٱسْتَخْلَفَ المثنّى على الناس بَشِيرَ بْنَ ٱلْخَصَاصِيَةِ وَسَعْدٌ يَوْمَئِذٍ بِزَرُودَ وَمَعَ بَشِيرٍ يومئذ وجوه اهل العراق وَمَعَ سَعْدٍ وُفُودُ اهل العراق الذين كانوا قَدِمُوا على عُمَرَ منهم فُرَاتُ بْنُ حَيَّانَ العِجْلِيُّ وَعُتَيْبَةُ فَرَدَّهُمْ مع سَعْدٍ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ بِإِسْنَادِهِ وَزِيَادٍ عن مَاهَانَ قالا فَمِنْ أَجْلِ ذَلِكَ ٱخْتَلَفَ ٱلنَّاسُ فى عَدَدِ أَهْلِ ٱلْقَادِسِيَّةِ فَمَنْ قال اربعة الف فَلِمَخْرَجِهِمْ مع سَعْدٍ من المدينة وَمَنْ قال ثَمَنِيَةُ أَلْفٍ فَلِٱجْتِمَاعِهِمْ بِزَرُودَ وَمَنْ قال تِسْعَةُ أَلْفٍ فَلِلَحَاقِ ٱلْقَيْسِيِّينَ وَمَنْ قال ٱثْنَا عَشَرَ أَلْفًا فَلِدُفُوفِ بَنِي أَسَدٍ من فُرُوغِ

„quid tibi est cum illis?“ Tum Omar: „ab iis me seiungo; nam nulla Arabum gens praetervecta est, quae magis ingrata mihi esset, quam illi homines.“ Quo dicto, iter ingredi eos iussit. Deinde quum Omar saepius, se illos homines aversari, dictitaret, consilium eius mirati sunt. Fuit autem ex illis hominibus vir quidam, qui vocabatur Saudân ben humrân; qui postea interfecit Othmânum ben affân, cuius misereatur Deus. Atque porro inter eos quidam eorum foederatus adfuit, qui vocabatur Châled ben moldscham, qui interfecit Alium ben abi tâleb, quem misericordia amplectatur Deus. Porro ex iis fuit Moâwije ben hodeidsch, qui cum nonnullis hominibus, qui ex illis erant, interfectores Othmâni persequutus est, eosque occidit. Atque denique homines ex iis fuerunt, qui ad interfectionem Othmâni exstiterunt adiutores.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, cui ab Mâhâno narrata fuerant, atque Sijâdo, ad proeceptores suos provocante, haec compererant. Qui dixerunt: Omar Saado, postquam iter ingressus erat, subsidio misit duo millia Jemenensium, ac duo millia Nedschdensium; nam ex illius terrae oris, ab Temîmitarum ac Ribâbitarum aquis, quattuor millia accesserant. Quos in suae terrae terminis inter El hasn et El bassitam castra ponere iussit. Itaque illo loco inter Saadum ben abi wakkâs atque El mothannam ben hâretha consederunt. El mothanna vero octo millia Rebiitarum secum habebat; quorum sex millia ex gente Bekr ben wâjel erant, duo millia ex ceteris Rebiitas. Quattuor millia ex iis erant, quos post discessum Châledi elegerat; quattuor millia ex iis, qui ex proelio ad pontem supererant. Praeterea Iemenenses apud eum aderant, duo millia Bedschîlitarum, et duo millia Kodâïtarum ac Tajjitarum; quos ad eos adiecerant, qui primo adfuerant. Tajjitis his Adi ben hâtem praeerat, Kodâïtis Amr ben wabara, Bedschilitis Dscherir ben abd alla. Ita quum milites constituti essent, atque Saad spem foveret, fore ut ad se El mothanna accederet, El mothanna vero spe teneretur, fore ut ad se Saad accederet, El mothanna ex vulnere, quod in proelio ad pontem acceperat, mortuus est; hoc enim vulnus modo recrudescebat, modo consanescebat. Militibus El mothanna vicarium praefecit Beschîrum ben el chassâssijje; quo quidem tempore Saad Surûdae commorabatur. Apud Beschirum tunc principes Irâkensium aderant, apud Saadum vero legati Irâkensium, qui Omarum visitaverant; ex quibus Forât ben hajjân Idschlita atque Ojeina erant. Quos Omar cum Saado in El irâkam remisit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ad praeceptores suos provocante, atque ex Sijâdo, ad Mâhânum provocante, haec compererat. Quorum uterque dixit: Inde fit, ut de numero eorum, qui ad El kâdessijjam adfuerunt, non idem sentiant homines. Qui quattuor millia ponit, eos respicit, qui cum Saado ex El medina egressi sunt. Qui octo millia ponit, eos respicit, qui apud Surûdam convenerunt. Qui novem millia ponit, Kaissitas, qui ad eos accesserunt, respicit. Qui duodecim millia

الحَزْنِ بِثَلٰثَةِ أَلْفٍ وَأَمَرَ سَعْدًا بِٱلْإِقْدَامِ فَأَقْدَمَ ونهض الى العراق وجموع الناس بِشِرَافَ وَقَدِمَ عليه مع قُدُومِهِ شِرَافَ ٱلْأَشْعَثُ بْنُ قَيْسٍ فى أَلْفٍ وَسَبْعِ مِايَةٍ من اهل اليمن فَجَمِيعُ مَنْ شَهِدَ ٱلْقَادِسِيَّةَ بِضْعَةٌ وَثَلٰثُونَ أَلْفًا وَجَمِيعُ مَنْ قُسِمَ عليه فى ٱلْقَادِسِيَّةِ نَحْوٌ من ثَلٰثِينَ أَلْفًا ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عبد الملك بن عُمَيْرٍ عن زِيَادٍ عن جَرِيرٍ قال كان أَهْلُ ٱلْيَمَنِ يَنْزِعُونَ الى الشام وكانت مُضَرُ تَنْزِعُ الى العراق فقال عُمَرُ أَرْحَامُكُمْ أَرْسَخُ مِنْ أَرْحَامِنَا مَا بَالُ مُضَرَ لا تَذْكُرُ أَسْلَافَهَا من اهل الشام ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن أَبِى سَعْدِ بن المرزبان عَمَّنْ حَدَّثَهُ عن مُحَمَّدِ بْنِ حُذَيْفَةَ بْنِ ٱلْيَمَانِ قال لَمْ يَكُنْ أَحَدٌ من العرب أَجْرَأَ على فَارِسَ من ربيعة فكان المسلمون يُسَمُّونَهُمْ رَبِيعَةَ ٱلْأَسَدِ الى رَبِيعَةِ ٱلْفَرَسِ ✿ وَكَانَتِ ٱلْعَرَبُ فى جاهليّتها تُسَمِّى فَارِسَ ٱلْأَسَدَ وَٱلرُّومَ ٱلْأَسَدَ ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن طلحة عن مَاهَانَ قال قال عُمَرُ والله لَأَضْرِبَنَّ مُلُوكَ العَجَمِ بِمُلُوكِ العَرَبِ فلم يَدَعْ رَئِيسًا ولا ذا رَأْيٍ ولا ذا شَرَفٍ ولا ذا سِطَةٍ ولا خَطِيبًا ولا شَاعِرًا إلَّا رَمَاهُمْ به فرماهم بوجوه الناس وَغُرَرِهِمْ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَمْرٍو عن ٱلشَّعْبِىِّ قال كان عُمَرُ قد كَتَبَ الى سَعْدٍ مُرْتَحَلَهُ من زَرُودَ أَنِ ٱبْعَثْ الى فَرْجِ ٱلْهِنْدِ رَجُلًا تَرْضَاهُ يَكُونُ بِحِيَالِهِ وَيَكُونُ رِدْءًا لك مِنْ شَىْءٍ إِنْ أَتَاكَ من تلك التخوم فَبَعَثَ ٱلْمُغِيرَةَ بْنَ شُعْبَةَ فى خمس مائة فَكَانَ بِحِيَالٍ من أَرْضِ ٱلْعَرَبِ فَأَتَى غُضَىَّ وَنَزَلَ على جَدِيسٍ وهو فيما هنالك يومئذ فلما نَزَلَ سَعْدٌ بِشُرَيْفٍ كَتَبَ الى عُمَرَ بِمَنْزِلِهِ وبمنازل الناس فيما بين غُضَىَّ الى الجَبَّانَةِ فَكَتَبَ اليه عُمَرُ اذا جَاءَكَ كِتَابِى هذا فَٱعْشِرِ ٱلنَّاسَ وَعَرِّفْ عليهم وَأَمِّرْ على اجنادهم وَعَبِّهِمْ وَمُرْ رُؤَسَاءَ المسلمين فَلْيَشْهَدُوا وَقَدِّرْهُمْ وشهودهم ثم وَجِّهْهُمْ الى اصحابهم وَوَاعِدْهُمُ ٱلْقَادِسِيَّةَ وَٱضْمُمْ اليهم ٱلْمُغِيرَةَ بْنَ شُعْبَةَ فى خيله وَٱكْتُبْ إِلَىَّ بالذى يَسْتَقِرُّ عليه أَمْرُهُمْ فَبَعَثَ سَعْدٌ الى المغيرة فَٱنْضَمَّ اليه والى

ponit, Assaditas respicit, quorum tria millia ex locis planis El hasnae accesserunt. Tum Omar Saadum ultra progredi iussit. Itaque profectus est, in El irâkam tendens; agmina militum enim ad Schirâfam convenerant. Quo quum Saad accederet, ei se adiunxit El aschath ben kais cum Iemneusibus mille et septingentis. Itaque totus eorum, qui ad El kâdessijjam adfuerunt, numerus trigiuta et quod excurrit millium fuit; quibus ad El kâdessijjam praeda distributa est, triginta circiter millia fuerunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd el melik ben omeir ea compererat, cui a Sijâdo narrata fuerant, qui ab Dscheriro ea cognoverat. Qui dixit: quum Iemenenses in Syriam, Modaritae vero in El irâkam pergerent, Omar: „cognationes vestrae, inquit, firmiores sunt quam cognationes nostrae; quid est, quod Modaritae maiorum suorum, Syriae habitatorum, memores non sint?“ Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abu saad ben el mersubân ea compererat, cui a quodam homine narrata fuerant, qui haec tradebat a Mohammede ben hodseifa ben el jemân accepta. Qui dixit: nulla Arabum gens audentius Persas adgressa est, quam tribus Rebia. Quam ob rem Moslemi eam Rebiam leonis vocabant, atque Rebiam Persarum. Nam Arabes tempore paganitatis Persas leonem, Graecos vero fortissimum nuncupabant. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Talcha ea compererat, cui a Mâhâno narrata fuerant. Qui dixit: dixit Omar: „per Deum, in principes Persarum immittam principes Arabum!“ Nullum igitur hominem primarium, neque prudentem, neque nobilem, neque dignitate conspicuum, neque oratorem, neque poetam reliquit, sed omnes eos contra Persas emisit. Sic factum est, ut homines clarissimos illustrissimosque contra illos emitteret.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Amro ea cognoverat, cui Esschoobius ea narraverat. Qui dixit: quum ab Surûda discederet Saad, Omar ipsi scripsit haec: „ad limitem Indorum hominem mitte tibi probatum, qui e regione illius terrae consistat, tibique subsidium ferat, si quis ex illis finibus in te irruit.“ Itaque Saad emisit El mogîram ben schooba cum quingentis militibus, qui e regione finium Arabum versabatur. Hic igitur ad Guddam perrexit, atque ad Dschedirum consedit, quod ex iis locis erat, qui illo tempore ibi inveniebantur. Saad quum ad Schoraifam castra posuisset, quamnam stationem ipse, quasnamque milites inter Guddam atque El dschabbânam occupassent, Omaro scripsit. Qui illi rescripsit haec: „simul ut hae litterae ad te pervenerint, milites educ, cognitores iis praefice, agminum duces designa, eaque instrue; porro principes Moslemorum iube testes adducere, eosque, testesque eorum dispone. Deinde ad ipsorum socios eos emitte, iisque praecipe, ut ad El kâdessijjam conveniant. Adiunge iis El mogiram ben schooba cum ipsius equitatu, mihique scribe, quomodo illorum res constitutae sint.“ Itaque Saad advocavit El mogîram, qui statim ad eum accessit; porro principes tribuum advocavit, qui ibidem se ad eum iunxerunt.

رؤساء القبايل فأتوه فقدّر الناس وعبّاهم بشراف وأمّر امراء الاجناد وعرّف العرفاء فعرّف على كلّ عشرة رجلا كما كانت العرافات أزمان النبيّ صلّى الله عليه وسلّم وكذلك كانت أزمان فرض العطاء وأمّر على الرايات رجالاً من اهل السابقة وعشّر الناس وأمّر على الأعشار رجالاً من الناس لهم وسايل فى الاسلام وولّى الحروب رجالاً فولّى على مقدّماتها وجنباتها وساقتها وطلايعها ورجلها وركبانها فلم يفصل الّا على تعبية ولم يفصل منها الّا بكتاب عمر واذنه فأمّا امراء التعبية فاستعمل زهرة بن عبد الله بن قتادة بن الحوية بن مرثد بن معوية بن معن بن مالك بن أرثم بن جشم بن الحرث الأعرج وكان مَلَكَ فهجر قد سوّره فى الجاهلية ووفّده على النبىّ صلّى الله عليه وسلّم فقدّمه ففصل بالمقدّمات بعد الإذن من شراف حتى انتهى الى العذيب واستعمل على الميمنة عبد الله بن المعتم وكان من اصحاب النبىّ صلّى الله عليه وكان أحد التسعة الذين قدموا على النبىّ صلّى الله عليه فتمّمهم طلحة بن عبيد الله عشرة فكانوا عرافة واستعمل على الميسرة شرحبيل بن السمط بن شرحبيل الكندىّ وكان غلاما شابًّا وكان قد قاتل أهل الردّة ووفى الله فعرف ذلك له وكان قد غلب الأشعث على الشرف فيما بين المدينة الى أن اختطّت الكوفة وكان أبوه ممّن تقدّم الى الشام مع أبى عبيدة بن الجرّاح وجعل خليفته خلد بن عرفطة وجعل عاصم بن عمرو التميمىّ ثم العمرىّ على الساقة وسواد بن مالك التميمىّ على الطلايع وسلمان بن ربيعة الباهلىّ على المجرّدة وعلى الرجل جمال بن مالك الأسدىّ وعلى الركبان عبد الله بن ذى السهمين الخثعمىّ فكان امراء التعبية يلون الأمير والذين يلون امراء التعبية امراء الأعشار والذين يلون امراء الأعشار اصحاب الرايات والذين يلون اصحاب الرايات والقوّاد رؤوس القبايل وقالوا جميعا لا يستعين أبو بكر فى الردّة ولا على الأعاجم بمرتدّ واستنفرهم عمر ولم يولّ منهم أحدا ۞ كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن مجالد وعمرو بإسنادهما وسعيد بن المرزبان قالوا بعث عمر الأطبّة وجعل قضاء الناس عبد الرحمن بن ربيعة الباهلىّ ذا النور وجعل اليه الأقباض وقسمة الفىء وجعل داعيتهم ورايدهم سلمان الفارسىّ

Deinde milites disposuit, acie ad Schirâfam instructa. Agminibus singulis duces praefecit. Cognitores quoque designavit, atque ita quidem, ut singulis decuriis cognitorem adiungeret; hoc enim modo cogniturae comparatae fuerant tempore prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque, eoque tempore, quo stipendia adsignata sunt. Vexillis homines praefecit, ex praestantissimis sumtos. Milites in decurias dispertivit, singulisque decuriis homines praefecit, ex militibus sumtos, de islamismo bene meritos. Porro bellis certos homines praeposuit. Duces praefecit primis agminibus, lateribus, postremo agmini, praecursoribus, peditibus, equitibusque camelariis. Non proficiscebatur, nisi ordinibus instructis, neque iter ingrediebatur, nisi post acceptas ab Omaro litteras atque veniam. Quod vero duces aciei instructae adtinet, primo ducem creavit Sohram ben abd alla ben katâda ben el howajja ben marthad ben moâwije ben maan ben mâlek ben artham ben dschoscham ben el hâreth, qui El aradsch nuncupabatur. Princeps Hedscheri erat, quod muris cinxerat tempore paganitatis, atque ad prophetam, cui bene dicat Deus, faveatque, legatus fuerat. Hunc hominem Saad praemisit. Itaque cum primis agminibus post acceptam veniam ab Schirâfa ad El odseib perrexit. Alae dextrae ducem Saad creavit Abd allam ben el mogannim, qui ex familiaribus prophetae, cui Deus bene dicat, fuerat, quique unus novem illorum hominum erat, qui prophetam, cui bene dicat Deus, convenerant, quibusque decimus Talcha ben obeid alla adiunctus est, ita ut cognituram unam efficerent. Alae laevae ducem creavit Schorachbilum ben essimt ben schorachbil Kinditam, virum iuvenem, qui apostatis bellum intulerat, Deoque fidem praestiterat; quae eius merita celebria erant, quum ipsum El aschathum gloria superaret, a tempore El medînae usque ad illud tempus, quo El kûfa condita est. Pater eius ex iis fuerat, qui cum Abu obeida ben el dscherrâch in Syriam praeiverant. Vicarium eius designavit Châledum ben urfuta. Postremo agmini praefecit Assemum ben amr Temîmitam, deinde Amritam; praecursoribus Sewâdum ben mâlek Temîmitam; velitibus Selmânum ben rebîa Bâhelitam; peditibus Dschemâlum ben mâlek Assaditam, equitibus camelariis Abd allam ben dsissahmein Hanîfitam. Summo duci proximi erant duces aciei instructae, ducibus aciei instructae vero duces decuriarum, ducibus decuriarum praefecti vexillorum, praefectis vexillorum atque equitum principes tribuum. Tradiderunt illi omnes etiam hoc: Abu bekr quidem, neque quum apostasia facta esset, neque contra Persas, ab ullo apostata auxilium petiit. Omar vero eos evocavit; sed neminem tamen eorum praefecit militibus. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Modschâledo atque Amro, ad praeceptores suos provocantibus, atque ex Saîdo ben el mersubân ea compererat. Qui dixerunt: Omar etiam medicos emisit. Iudicem militum Abd errachmânum ben rebîa Bâhelitam, qui Dsunnûn adpellabatur, creavit; a quo capturae ac partitio praedae administrabantur. Excitatorem militum, atque antecessorem, creavit Selmânum Persam.

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن أَبِى عَمْرٍو عن أَبِى عُثْمَنَ ٱلنَّهْدِىِّ قال وَٱلتَّرْجُمَانُ هِلَالٌ ٱلْهَجَرِىُّ وَٱلْكَاتِبُ زِيَادُ بْنُ أَبِى سُفْيَانَ فلما فَرَغَ سَعْدٌ من تَعْبِيَتِهِ وَأَعَدَّ لِكُلِّ شَىْءٍ من أَمْرِهِ جِمَاعًا وَرَأْسًا كَتَبَ بذلك الى عُمَرَ وكان مِنْ أَمْرِ سَعْدٍ فيما بين كِتَابِهِ الى عُمَرَ بالذى جمع عليه الناس وبين رُجُوعِ جَوَابِهِ وَرَحْلِهِ من شَرَافَ الى ٱلْقَادِسِيَّةِ قُدُومُ ٱلْمُعَنَّى بْنِ حَارِثَةَ وَسَلْمَى بِنْتِ خَصَفَةَ ٱلتَّيْمِيَّةِ تَيْمِ ٱللَّاتِ الى سَعْدٍ بِوَصِيَّةِ ٱلْمُثَنَّى وكان قد أَوْصَى بها وَأَمَرَهُمْ أن يُعَجِّلُوهَا على سَعْدٍ بِزَرُودَ فلم يَفْرُغُوا لذلك وَشَغَلَهُمْ عنه قَابُوسُ بْنُ قَابُوسَ بْنِ ٱلْمُنْذِرِ وذلك أَنَّ ٱلْآزَاذْمَرْدَ بْنَ ٱلْآزَاذْبَهِ بَعَثَهُ الى ٱلْقَادِسِيَّةِ وقال له آدْعُ ٱلْعَرَبَ فانت على مَنْ أَجَابَكَ وَكُنْ كما كان آبَآؤُكَ فَنَزَلَ ٱلْقَادِسِيَّةَ وَكَاتَبَ بَكْرَ بْنَ وَائِلٍ بِمِثْلِ ما كان يُكَاتِبُهُمْ به مُقَارَبَةً وَوَعِيدًا فلما ٱنْتَهَى الى ٱلْمُعَنَّى خَبَرُهُ أَسْرَى ٱلْمُعَنَّى من ذِى قَارٍ وَخَرَجَ منها هو وَسَلْمَى الى سَعْدٍ بِوَصِيَّةِ المثنى بن حارثة وَرَأْيِهِ فَقَدِمُوا عليه وهو بِشَرَافَ يذكر فيها أَنَّ رَأْيَهُ لِسَعْدٍ أَلَّا يُقَاتِلَ عَدُوَّهُ وَعَدُوَّهُمْ يَعْنِى المسلمين من أَهْلِ فَارِسَ اذا ٱسْتَجْمَعَ أَمْرُهُمْ وَمَلَأُهُمْ فى عُقْرِ دَارِهِمْ وَأَنْ يُقَاتِلَهُمْ على حُدُودِ أَرْضِهِمْ على أَدْنَى حَجَرٍ من ارض ٱلْعَرَبِ وَأَدْنَى مَدَرٍ من ارض ٱلْعَجَمِ فَإِنْ يُظْهِرِ ٱللَّهُ المسلمين عليهم فَلَهُمْ ما وَرَآءَهُمْ وَإِنْ يَكُنِ ٱلْأُخْرَى فَآءُوا الى فِئَةٍ ثم يكونون أَعْلَمَ بِسَبِيلِهِمْ وَأَجْرَأَ على أَرْضِهِمْ الى أَنْ يَرُدَّ ٱللَّهُ ٱلْكَرَّةَ عليهم فَلَمَّا ٱنْتَهَى الى سَعْدٍ رَأْىُ ٱلْمُثَنَّى وَوَصِيَّتُهُ تَرَحَّمَ عليه وَأَمَّرَ ٱلْمُعَنَّى على عَمَلِهِ وَأَوْصَى بِأَهْلِ بَيْتِهِ خَيْرًا وَخَطَبَ سَلْمَى فتزوّجها وَبَنَى بها وكان فى الاعشار كُلِّهَا تِسْعَةٌ وَعِشْرُونَ بَدْرِيًّا وَثَلَثُمِائَةٍ وَبِضْعَةَ عَشَرَ مِمَّنْ كان له صُحْبَةٌ فيما بين بَيْعَةِ ٱلرِّضْوَانِ الى ما فَوْقَ ذلك وَثَلَثُمِائَةٍ مِمَّنْ شَهِدَ ٱلْفَتْحَ وَسَبْعُمِائَةٍ من أَبْنَآءِ ٱلصَّحَابَةِ فى جميع أَحْيَآءِ ٱلْعَرَبِ وَقَدِمَ على سَعْدٍ وهو بِشَرَافَ كِتَابُ عُمَرَ

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Abu amr ea cognoverat, cui ab Abu othmân Nahdita narrata fuerant. Qui dixit: interpres erat Hilâl Hedscherensis, scriba Sijâd ben abi sofjân. Saad, quum exercitum ita ordinasset, atque cuiuscunque rei, quae ad negotia sua pertineret, et summam, et caput, constituisset, Omarum de hac re litteris certiorem fecit. Ex iis rebus vero, quae in castris Saadi illis diebus acciderunt, qui inter litteras de ordinatione exercitus ad Omarum scriptas ac responsum ab Omaro relatum, Saadique iter ex Schirâfa ad El kâdessijjam versus susceptum decurrerunt, adventus fuit El moannae ben hâretha atque Selmae bint chassafae Teimicae, quae ex gente Teim ellât orta erat; qui cum mandato venerunt, quod ab El mothanna ad Saadum habebant. El mothanna hoc mandatum iis dederat, citoque ad Saadum in Surûda commorantem id perferre eos iusserat. Sed huic negotio perficiendo vacare nondum potuerant, quia ab eo Kâbûs ben kâbûs ben el mondsir eos impediverat. Nam El asâdsumerd ben el asâdsubeh illum hominem ad El kâdessijjam emiserat, eique dixerat: „Arabes evoca! dux eorum constitueris, qui obsequium tibi tribuent. Eo munere fungere, quo maiores tui functi sunt!“ Itaque Kâbûs ad El kâdessijjam consedit, atque ad tribum Bekr ben wâjel, quales ad eos scribere solebat, invitationes et minas scripsit. De quibus rebus certior factus El moanna, ab Dsu kâr discessit, atque cum Selma ad Saadum perrexit, ut mandatum El mothannae ben háretha, eiusque consilium, ad illum perferrent; ad quem pervenerunt in Schirâfa commorantem. El mothanna vero in mandatis suis scripserat, se Saado suadere, ne hostem suum, hostesque eorum, id est Moslemorum, Persas, quum eorum negotia ac consilia bene composita essent, in mediis eorum sedibus adoriretur; impetum in eos faciendum esse in ipsorum terrae finibus, ad lapidem terrae Arabum proximum, huiusque glebam terrae Persarum proximam; tum enim, si Deus Moslemis victoriam tribueret, fore, ut iis quoque, quae pone illos sita essent, ipsi potirentur; si vero contrarium accideret, fore, ut Saad ad praesidium quoddam se reciperet, Moslemique sensim viam penitius explorarent, atque audaciores ad terram eorum invadendam fierent, quoad tandem, adiuvante Deo, superiores discessuri essent. Quod consilium El mothannae, ac mandatum, quum ad Saadum perlata essent, ut Deus clementem se illi praeberet, precatus est. Deinde provinciae El mothannae praefecit El moannam, illiusque domus commodis prospici iussit; Selmam in matrimonium petiit, eamque nuptiis sibi adiunxit, atque in domum suam deduxit. In decuriis omnibus homines Bedrenses aderant novem et viginti; ex iis vero, qui iam inter sponsionem fidei voluntariam ac tempus praecedens familiares prophetae fuerant, homines aderant trecenti decem et quod excurrit; ex iis, qui expugnationi Mekkae interfuerant, trecenti; ex familiarium prophetae filiis, qui in tribubus Arabum omnibus orti erant, septingenti. Ad Saadum, in Schirâfa commorantem, litterae Omari perlatae sunt, eadem, quae El mothanna suaserat, praecipientes. Atque ad Abu

بمثل رأي المثنى وقد كتب الى ابى عبيدة مع كتاب سعد فـفصل كتاباهما اليهما فأمر أبا عبيدة فى كتابه بصرف أهل العراق وهم ستة ألف ومن اشتهى أن يلحق بهم وكان كتابه الى سعد أما بعد فسر من شراف نحو فارس بمن معك من المسلمين وتوكل على الله واستعن به على أمرك كله واعلم فيما لديك أنك تقدم على أمة عددهم كثير وعدتهم فاضلة وبأسهم شديد وعلى بلد منيع وإن كان سهلا كؤود لبحوره وفيوضه ودآدئه الا ان توافقوا غيضا من فيض واذا لقيتم القوم أو واحدا منهم فابدؤوهم الشد والضرب وإياكم والمناظرة لجموعهم ولا يخدعنكم فانهم خدعة مكرة وأمرهم غير أمركم الا ان تجادوهم واذا انتهيت الى القادسية باب فارس فى الجاهلية وهى أجمع تلك الأبواب لمادتهم ولما يريدونه من تلك الآصل وهو منزل رغيب خصيب دونه قناطر وأنهار ممتنعة فتكون مسالحك على أنقابها ويكون الناس بين الحجر والمدر على حافات الحجر وحافات المدر والجراع بينهما ثم الزم مكانك فلا تبرحه فانهم اذا أحسوك أنغضتهم ورموك بجمعهم للذى ياتى على خيلهم ورجلهم وجدهم فان أنتم صبرتم لعدوكم واحتسبتم لقتاله ونويتم الأمانة رجوت أن تنصروا عليهم ثم لم يجتمع لهم مثلهم أبدا الا أن يجتمعوا وليست معهم قلوبهم وإن يكن الأخرى كان الحجر فى ادباركم فانصرفتم من أدنى مدرة من أرضهم الى أدنى حجر من أرضكم ثم كنتم عليها أجرأ وبها أعلم وكانوا عنها أجبن وبها أجهل حتى يأتى الله بالفتح عليهم ويرد لكم الكرة ✿ وكتب اليه أيضا باليوم الذى يرتحل فيه من شراف فاذا كان يوم كذا وكذا فارتحل بالناس حتى تنزل فيما بين عذيب الهجانات وعذيب القوادس وشرق بالناس وغرب بهم ثم قدم عليه جواب كتاب عمر أما بعد فتعاهد قلبك وحادث جندك بالموعظة والنية والحسبة ومن غفل فليحدثهما الصبر الصبر فان المعونة تأتى من الله على قدر النية والأجر على قدر الحسبة والحذر الحذر على من أنت عليه وما أنت بسبيله واسألوا الله العافية وأكثروا من قول لا حول ولا قوة الا بالله واكتب الى

obeidam eodem tempore, quo Saado scripsit, Omar litteras dedit; unde factum est, ut utrique tunc litterae redderentur. Abu obeidam his litteris Irâkenses, qui septem millia erant, eosque, qui illis se adiungere vellent, remittere iussit. Ad Saadum ita scripsit: „Deinde scito haec. Ex Schirâfa contra Persas cum iis Moslemis procede, quos tecum habes. Fiduciam in Deo colloca, atque ab eo ad negotia tua omnia auxilium pete. Porro, quod res tuas adtinet, hoc scito, te in gentem invasurum esse, numero pollentem, adparatu belli instructam, fortitudine conspicuam, atque in terram, quae, etiamsi loci eius declives essent plani, tamen difficilis accessu est propter flumina, atque inundationes, defensoresque, nisi in aquam exiguam ex inundatione defluxam incidetis. Si illi genti, vel singulo hosti, occurritis, ipsi impetum facite, feriteque primi, atque cavete, ne agminibus vestris eos aequetis. Curate, ne illi vos decipiant, sunt enim deceptores, atque fraudulenti, eorumque res aliter comparatae sunt, quam vestrae, nisi fortiter in eos irruitis. Ubi vero ad El kâdessijjam perveneris, quae paganitatis tempore porta Persiae fuit, et quidem portarum illarum omnium quum subsidiis, tum ceteris huius generis rebus, quibus illis opus est, instructissima, atque statio ampla, pabulo abundans, pontibus, fluminibusque, traiectu difficilibus, septa, praesidiis tuis aditus ad eam occupa. Ceteri milites inter lapides ac glebas ad oras lapidum orasque glebarum, vallesque, quae inter eas sitae sunt, consistant. Deinde loco tuo mane, atque caveto, ne ab eo recedas. Illos enim, ubi te adesse sentient, ita commovebis, ut multitudinem suam contra te emittant propter ea, quae in ipsorum equites, peditesque, salutemque intenduntur. Tum si patienter obsistitis hostibus, certamenque contra eos mercede dignum putatis, officiaque expletis, spero fore, ut victoriam ex iis referatis, nove in posterum tantus eorum exercitus conveniat unquam, nisi forte convenient abiicientes animum. Si vero contrarium accidit, lapides ibi a tergo vestro positi sunt, ergoque a gleba illorum terrae proxima ad lapidem vostrae terrae proximum vos recipietis. Quo facto, ad terram invadendam audaciores fictis, penitiusque exploratam eam habebitis; illi vero timidiores fient, versantes in loco ipsis ignoto. Atque hoc modo denique Deus victoriam ita vobis tribuet, ut superiores discedatis." Porro Omar Saado, quonam die ipsi ex Schirâfa discedendum esset, his verbis scripsit: „certo illo die cum agmine tuo discede, castraque pone inter Odseib el hidschânât atque Odseib el kawâdis; milites in locis editioribus colloca, ad occidentem sitis." Atque mox ad Saadum hoc responsum relatum est, quod ad litteras, quas ad Omarum dederat, rescriptum erat: „Deinde scito haec. Cor tuum religione obstringe, agmenque ad studium ac pietatem cohortare. Quicunque intelligentia praeditus est, ut constanter se gerant, praecipiat. Nam auxilium a Deo pro ratione studii tribuetur, atque praemium pro ratione pietatis. Diligentissime cura, ut hominibus quibus praees, et rebus, in quibus versaris, bene prospicias. A Deo salutem precamini, frequenterque exclamate: „non est robur, neque fortitudo, nisi in solo Deo!" Litteris mihi significa, quonam

أَيْنَ بَلَغَكَ جَمْعُهُمْ وَمَنْ رَأْسُهُمْ يُرِيدُ مُصَادَمَتَكُمْ فَإِنَّهُ قد مَنَعَنِى من بَعْضِ ما أَرَدْتُ ٱلْكِتَابَ به قِلَّةُ عِلْمِى بما هَجَمْتُمْ عليه والذى ٱسْتَقَرَّ عليه أَمْرُ عَدُوِّكُمْ فَصِفْ لنا مَنَازِلَ المسلمين وَٱلْبَلَدَ الذى بينكم وبين ٱلْمَدَآيِنِ صِفَةً حتى كَأَنِّى أَنْظُرُ اليها وَٱجْعَلْنِى مِنْ أَمْرِكُمْ على الْجَلِيَّةِ وَخَفِ ٱللّٰهَ وَٱرْجُهُ ولا تُدِلَّ بِشَىْءٍ وَٱعْلَمْ أَنَّ اللّٰه قد وَعَدَكُمْ وَتَوَكَّلَ لهذا الامر بما لا خُلْفَ له فَٱحْذَرْ أَنْ تَصْرِفَهُ عَنْكَ وَيَسْتَبْدِلَ بكم غَيْرَكُمْ فَكَتَبَ اليه سَعْدٌ يَصِفُ ٱلْبَلَدَ إِنَّ ٱلْقَادِسِيَّةَ بين الْخَنْدَقِ وَٱلْعَتِيقِ وَإِنَّ ما عن يَسَارِ ٱلْقَادِسِيَّةِ بَحْرٌ أَخْضَرُ فى جَوْفٍ لَآحٍ الى الْحِيرَةِ بين طَرِيقَيْنِ فَأَمَّا أَحَدُهُمَا فَعَلَى ٱلظَّهْرِ وَأَمَّا ٱلْآخَرُ فَعَلَى شَاطِئِ نَهْرٍ يُدْعَى الْحُضُوضَ يَطْلُعُ بِمَنْ سَلَكَهُ على مَآءٍ بين الْخَوَرْنَقِ والحيرة وَإِنَّ ما عن يمين ٱلْقَادِسِيَّةِ الى ٱلْوَلَجَةِ فَيْضٌ من فُيُوضِ مِيَاهِهِمْ وَإِنَّ جَمِيعَ مَنْ صَالَحَ المسلمين من اهل ٱلسَّوَادِ قبلى أَلْبٌ لِأَهْلِ فَارِسَ قد خَفُّوا لهم وَٱسْتَعَدُّوا لنا وَإِنَّ الذى أَعَدُّوا لِمُصَادَمَتِنَا رُسْتُمُ فى امثاله منهم فَهُمْ يُحَاوِلُونَ إِنْغَاضَنَا وَإِقْحَامَنَا وَنَحْنُ نُحَاوِلُ إِنْغَاضَهُمْ وَإِبْرَازَهُمْ وَأَمْرُ ٱللّٰهِ بَعْدُ مَاضٍ وَقَضَآؤُهُ مُسَلِّمٌ الى ما قَدَّرَ لنا وعلينا فَنَسْأَلُ ٱللّٰهَ خَيْرَ ٱلْقَضَآءِ وَخَيْرَ ٱلْقَدَرِ فى عَافِيَةٍ فَكَتَبَ اليه عُمَرُ قد جَآءَنِى كِتَابُكَ وَفَهِمْتُهُ فَأَقِمْ بِمَكَانِكَ حتى يُنْغِضَ اللّٰه لك عَدُوَّكَ وَٱعْلَمْ أَنَّ لها ما بعدها فَإِنْ مَنَحَكَ ٱللّٰهُ أَدْبَارَهُمْ فلا تَنْزِعْ عنهم حتى تَقْتَحِمَ عليهم ٱلْمَدَآيِنَ فَإِنَّهُ خَرَابُهَا إِنْ شَآءَ اللّٰه وَجَعَلَ عُمَرُ يَدْعُو لِسَعْدٍ خَاصَّةً وَيَدْعُونَ له معه وللمسلمين عَامَّةً فَقَدَّمَ زُهْرَةَ سَعْدٌ حتى عَسْكَرَ بِعُذَيْبِ ٱلْهِجَانَاتِ ثم خَرَجَ فى إِثْرِهِ حتى يَنْزِلَ على زُهْرَةَ بعذيب الهجانات وَقَدَّمَهُ فنزل زُهْرَةُ ٱلْقَادِسِيَّةَ بين ٱلْعَتِيقِ والْخَنْدَقِ وَبِحِيَالِ ٱلْقَنْطَرَةِ وَقُدَيْسٌ يَوْمَئِذٍ أَسْفَلُ منها بِمِيلٍ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلْقَعْقَاعِ بِإِسْنَادِهِ قال وَكَتَبَ عُمَرُ الى سَعْدٍ إِنِّى قد أُلْقِىَ فى رُوعِى أَنَّكُمْ اذا لَقِيتُمُ ٱلْعَدُوَّ فَهَزَمْتُمُوهُ فَٱطْرَحُوا ٱلشَّكَّ وَآثِرُوا ٱلتَّقِيَّةَ عليه فَإِنْ لَاعَبَ أَحَدٌ منكم أَحَدًا من الْعَجَمِ بِأَمَانٍ او قَرَّفَهُ بِإِشَارَةٍ او بِلِسَانٍ كان لا يَدْرِى ٱلْأَعْجَمِىُّ ما كَلَّمَهُ

loco hostes convenisse, quemque eorum ducem, qui vos petat, esse compereris. Nam a significandis nonnullis, quae scribere vellem, eo prohibeor, quod non satis scio, in quem incidistis, neque quonam modo hostium res comparatae sunt. Itaque stationes Moslemorum, ac terram, quae inter vos atque El madâïnam sita est, ita mihi describe, ut ipse eam quasi inspiciam, resque vestras accurate mihi expone. Reverere Deum, spemque in eo pone, cavetoque, ne quid temere agas. Scito, Deum promissa vobis fecisse, propterea que in hac re iis confide, quae ad irritum non cadent. Caveto, ne illum ita a te avertas, ut in vestrum locum substituat alios." Tum Saad illi haec rescripsit, terram illam describens: „El kâdessijja inter El chandsak atque El atik sita est. A sinistra parte El kâdessijjae flumen viride per alveum labitur, qui ad El hîram inflectitur inter vias duas. Altera per desertum fert; altera ad ripam fluvii, qui El hadûd vocatur; qua via qui incedit, ad aquam quandam, quae inter El chawarnak atque El hîram sita est, deducitur. A dextra parte El kâdessijjae ad El waladscham versus inundatio quaedam conspicitur, quae ex fluviis Persarum profluxit. Omnes vero illi provinciae Sewâdensis incolae, qui ante quam huc accessi cum Moslemis pacificati sunt, iam ad Persas defecerunt, periculum sibi metuentes, armaque contra nos parantes. Evocarunt vero ad nos impugnandos Rustemum cum aliis, qui ei pares sunt, ex ipsorum numero sumtis. Illi quidem operam dant, ut nos perturbent, atque ad imprudentiam illiciant; nos vero operam damus, ut eos perturbemus atque ad pugnam impellamus. Tum, quae a Deo iussa sunt, fient, eiusque sententia ad ea deducet, quae aut fausta nobis decrevit, aut infausta. Precamur vero a Deo sententiam faustam, faustumque decretum, salutem impertiens." Omar vero Saado rescripsit haec: „redditae mihi sunt litterae tuae, easque perlegi. Loco tuo mane, quoad Deus hosti perturbationem iniiciat, scitoque, ex hoc proelio pendere, quae postea eventura sint. Quodsi Deus hostes in fugam vertit, ab iis desistere noli, quoad ipsi El madâïnae superveneris; quae, si Deus vult, hoc modo evertetur." Omar illo tempore prae ceteris Saado fausta precatus est; reliqui quum Saado, tum Moslemis in universum, fausta precati sunt. Saad vero Sohram praemisit, qui mox ad Odseib el hidschânât consedit. Deinde Saad, illum subsequutus, iuxta eum ad Odseib el hidschânât consedit. Paulo post Sohram iterum praemisit; qui apud El kâdessijjam, inter El atik atque El chandsak, e regione pontis castra posuit. Kodais illo tempore infra El kâdessijjam situm erat, milliarii intervallo distans.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab El kakâa ea cognoverat, ad praeceptores suos provocante. Qui dixit: Omar Saado scripsit haec: „iam mihi persuadeo, vos, ubi in hostem incidetis, eum profligaturos esse. Itaque dubitationem abiicite, potiusque pietatem amplectimini! Si quis vestrum alicui Persae ludendo fidem dat, vel eum terret aut signo, aut verbo, quod Persa quid sibi velit

بِهِ وكان عندهم أَمَانًا فَأَجْرُوا ذاك له مَجْرَى ٱلْأَمَانِ وَإِيَّاكُمْ وَالضَّحِكَ
وَٱلْوَفَآءَ ٱلْوَفَآءَ فَإِنَّ الْخَطَآءَ بِٱلْوَفَآءِ تَقِيَّةٌ وَإِنَّ الْخَطَآءَ بِٱلْغَدْرِ
ٱلْهَلَكَةُ وفيها وَفْنُكُمْ وَقُوَّةُ عَدُوِّكُمْ وَذَهَابُ رِيحِكُمْ
وَٱعْلَمُوا أَنِّي أُحَذِّرُكُمْ أَنْ تَكُونُوا شَيْنًا على المسلمين وَسَبَبًا
لِتَوْهِينِهِمْ

non intelligit, apud illos vero fidem dari significat, tum hoc ita accipite, ac si illi fides data sit. Cavetote, ne rideatis! Summa cura fides praestanda est. Nam quod peccatur fide praestita, pietatem prodit; quod vero peccatur fide fracta, interitum adfert. Quo quidem fiet, ut debilitemini ipsi, hostes vero vires nanciscantur, potentiaque vestra evanescat. Propterea scitote, me hoc vos admonere, ne adversa inferatis Moslemis, neque eorum infirmitatis causa sitis."

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عَنْ شُعَيْبٍ عَنْ سَيْفٍ عَنْ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ مُسْلِمٍ ٱلْعُكْلِيِّ وَٱلْمِقْدَامِ بْنِ أَبِى ٱلْمِقْدَامِ عن ابيه عن كَرِبِ بْنِ أَبِى كَرِبٍ ٱلْعُكْلِيِّ وكان فى ٱلْمُقَدِّمَاتِ أَيَّامَ ٱلْقَادِسِيَّةِ قال قَدَّمَنَا سَعْدٌ مِنْ شَرَافَ فَنَزَلْنَا بِعُذَيْبِ ٱلْهِجَانَاتِ ثم ٱرْتَحَلَ فلما نَزَلَ علينا بعذيب الهجانات وذلك فى وَجْهِ الصُّبْحِ خَرَجَ زُهْرَةُ بْنُ ٱلْحَوِيَّةِ فى ٱلْمُقَدِّمَاتِ فلما رَفَعَ لنا ٱلْعُذَيْبُ وكان من مسالحهم ٱسْتَبَنَّا على بُرُوجِهِ نَاسًا فما نَشَاءُ أَنْ نَرَى على بُرْجٍ من بروجه رَجُلًا او بين شُرْفَتَيْنِ إِلَّا رَأَيْنَاهُ وَكُنَّا فى سَرَعَانِ ٱلْخَيْلِ فَأَمْسَكْنَا حتى تَلَاحَقَ بنا كَثْفٌ ونحن نَرَى أَنَّ فيها خيلا ثم أَقْدَمْنَا على ٱلْعُذَيْبِ فلما دَنَوْنَا منه خرج رَجُلٌ يَرْكُضُ نَحْوَ ٱلْقَادِسِيَّةِ فَٱنْتَهَيْنَا اليه فَدَخَلْنَاهُ فاذا ليس فيه أَحَدٌ واذا ذلك ٱلرَّجُلُ الذى كان يَتَرَآءَى لنا على البروج وهو بين ٱلشُّرَفِ مكيدةً ثم ٱنْطَلَقَ بِخَبَرِنَا فَطَلَبْنَاهُ فَأَعْجَزَنَا وَسَمِعَ بذلك زُهْرَةُ فَٱتَّبَعَنَا فَلَحِقَ بنا وَخَلَّفَنَا وَٱتَّبَعَهُ وقال إِنْ أَفْلَتَ ٱلرَّبِىُّ أَتَاهُمُ ٱلْخَبَرُ فَلَحِقَهُمْ بالخندقِ فَطَعَنَهُ فَجَدَّلَهُ فيه وكان اهل القادسية يَتَعَجَّبُونَ من شَجَاعَةِ ذلك الرجل وَمِنْ عِلْمِهِ بالحَرْبِ لَمْ تَرَ عَيْنٌ قَوْمٍ أَثْبَتَ ولا أَرْبَطَ جَاشًا من ذلك ٱلْفَارِسِيِّ لو لا بُعْدُ رَأْيَتِهِ لم يَلْحَقْ به ولم يُصِبْهُ زُهْرَةُ وَوَجَدَ المسلمون فى ٱلْعُذَيْبِ رِمَاحًا وَنُشَّابًا وَأَسْفَاطًا من جلود وغيرها ٱنْتَفَعَ بها المسلمون ۞ ثُمَّ بَثَّ ٱلْغَارَاتِ وَسَرَّحَهُمْ فى جَوْفِ ٱللَّيْلِ وَأَمَرَهُمْ بالغارة على الحِيرَةِ وَأَمَّرَ عليهم بُكَيْرَ بْنَ عَبْدِ ٱللّٰهِ ٱللَّيْثِىَّ وكان فيها ٱلشَّمَّاخُ ٱلشَّاعِرُ ٱلْقَيْسِىُّ فى ثَلَاثِينَ مُعْرِفِينَ بالنَّجْدَةِ وَٱلْبَأْسِ فَسَرَوْا حتى جازوا ٱلسَّيْلَحِينَ وَقَطَعُوا جِسْرَهَا يريدون الحيرة فَسَمِعُوا جَلَبَةً وَأَزْفَلَةً فَأَحْجَمُوا عن ٱلْإِقْدَامِ وَأَقَامُوا كَمِينًا حتى

### *Caput vicesimum sextum.*

### *Moslemi legatos ad Iesdedscherdum mittunt.*

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd alla ben moslim Oklita, atque El mikdâm ben abil mikdâm ea compererat, cui a patre tradita fuerant, qui ex Karib ben abi karib Oklita ea audiverat, qui ex praecursoribus ad El kâdessijam emissis fuerat. Qui quidem dixit: Saad quum ex Schirâfa nos praemisisset, ad Odseib el hidschânât consedimus. Paulo post vero ille iter ingressus, iuxta nos apud Odseib el hidschânat castra posuit multo mane. Quo facto, Sohra ben el howajja cum praecursoribus ultra perrexit. Quum vero El odseib, quod castellum quoddam eorum erat, in prospectu esset, viros in turribus collocatos conspeximus; nam quemcunque hominem aut in aliqua turri, aut inter acroteria duo, positum conspicere vellemus, cum conspiciebamus, quum ex primis equitibus essemus. Tum substitimus, quoad agmen ad nos succederet, in quo equites adesse videremus. Quo facto, ad El odseib perreximus. A quo loco quum prope abessemus, homo quidam inde egressus ad El kâdessijjam versus fugit. Mox ad castellum pervenimus, idque occupavimus; sed neminem in eo repperimus. Ille homo vero, qui in turribus positus nobis adparuerat, ex acroteriis speculatus erat, iamque aufugerat, ut de adventu nostro suos certiores faceret. Itaque eum persequuti sumus, sed adsequi non potuimus. Quod quum cognovisset Sohra, ipse ad nos accessit, nosque post se reliquens, illum hominem persequutus est, atque: „si profugus ille se eripit, inquit, nuntius ad illos perfertur." Tum apud El chandsak eos adsequutus est, hominemque illum hasta perfodit, eumque stravit. Kâdessijjenses illius hominis fortitudinem admirabantur, ac belli peritiam, neque unquam ullius hominis oculus hominem illo Persa intrepidiorem propositique tenaciorem vidisset, nisi postea talem virum vidissem, quem Sohra non adsequeretur, neque opprimeret. In El odseibo Moslemi hastas sagittasque, atque utres ex corio confectos, invenerunt; quas res in usum suum converterunt. Deinde Saad excursores emisit, quos multa nocte iter ingredi, atque in El hiram incurrere iussit. Quibus Bokeirum ben abd alla Leithitam praefecit; atque apud eos aderat etiam Esschammâch, poeta Kaissita, cum triginta hominibus, fortitudine ac virtute claris. Per noctem hi iter fecerunt. Atque ultra Esseilachûn progressi sunt, per pontem eius transeuntes, ad El hiram conversi. Mox vero, clamoribus atque catervae

تَبَيَّنُوا فما زالوا كذلك حتى جَازُوا بهم فاذا خيول تَقْدُمُ تلك ٱلْعَوْغَاءَ فتَركُوهَا فَنَفَذَتِ ٱلشَّرِيفُ الى ٱلْعِتْبَيْنِ واذا هم لم يشعروا بهم وَإِنَّمَا يَنْتَظِرُونَ ذلك العين لا يريدونهم ولا يهابونهم إِنَّمَا هَمُّهُمُ ٱلْعِتْبَيْنِ وَاذا أُخْتُ آزَاذْمَرْدَ بْنِ آزَاذْبَةَ مَرْزُبَانِ الحِيرَةِ تُزَفُّ الى صاحب ٱلْعِتْبَيْنِ وكان من أَشْرَافِ العَجَمِ فسار معها مَنْ يُبَلِّغُهَا مَخَافَةَ ما هو دون الذى لَقُوا فلما ٱنْقَطَعَتِ الخَيْلُ عن ٱلزَّوَاقِ والمسلمون كَمِينٌ فى النَّخْلِ وجازت بهم ٱلْأَثْقَالُ حَمَلَ بُكَيْرٌ على شيرزاذ بْنِ آزَاذْبَةَ وهو بينها وبين الخيل فَقَصَمَ صُلْبَهُ وطارت الخيل على وجوهها وَأَخَذُوا ٱلْأَثْقَالَ وَٱبْنَةَ آزَاذْبَةَ فى ثلثين ٱمْرَأَةً له من الدهاقين وَمِائَةٍ من التَّوَابِعِ ومعهم ما لا يُدْرَى قِيمَتُهُ ثم عَاجَ وَٱسْتَاقَ ذلك فَصَبَّحَ سَعْدًا بعذيب الهجانات بما أَفَاءَ ٱللَّهُ على المسلمين فكَبَّرُوا تكبيرة شديدة فقال سَعْدٌ أُقْسِمُ بالله لقد كَبَّرْتُمْ تَكْبِيرَةَ قَوْمٍ عَرَفْتُ فيهم ٱلْعِزَّ فَقَسَمَ ذلك سَعْدٌ على المسلمين فالخُمُسَ نَفَّلَهُ وَأَعْطَى الجاعدين بَقِيَّتَهُ فَوَقَعَ مِنْهُمْ مَوْقِعًا وَوَضَعَ سَعْدٌ بالعذيب جندا تَحُوطُ الحَرِيمَ وَٱنْضَمَّ اليها حَائِطُ كُلِّ حَرِيمٍ وَأَمَّرَ عليهم غَالِبَ بْنَ عَبْدِ ٱللَّهِ ٱللَّيْثِيَّ وَنَزَلَ سَعْدٌ القادسيّة فَنَزَلَ بِقُدَيْسٍ وَنَزَلَ زُهْرَةُ بِحِيَالِ قنطرة العتيق فى موضع القادسيّة اليوم وَبَعَثَ بِخَبَرِ سِيرَتِهِ بُكَيْرًا وَبِمَنْزِلِهِ قُدَيْسَ فَأَقَامَ بها شَهْرًا ثم كَتَبَ الى عُمَرَ لم يُوَجِّهِ ٱلْقَوْمُ الينا أَحَدًا ولم يُسْنِدُوا حَرْبًا الى أَحَدٍ عَلِمْنَاهُ وَمَتَى ما يَبْلُغْنَا ذلك نَكْتُبْ به وَٱسْتَنْصِرِ ٱللَّهَ فَإِنَّا بِمَنْحَاةِ دُنْيَا عَرِيضَةٍ دُونَهَا بَأْسٌ شَدِيدٌ قد تَقَدَّمَ الينا فى ٱلدُّعَاءِ اليهم فقال سَتُدْعَوْنَ الى قوم أُولِى بَأْسٍ شَدِيدٍ وَبَعَثَ سَعْدٌ فى مَقَامِهِ ذلك الى أَسْفَلِ ٱلْفُرَاتِ عَاصِمَ بْنَ عَمْرٍو فسار حتى أَتَى مَيْسَانَ فَطَلَبَ غَنَمًا او بَقَرًا فلم يَقْدِرْ عليها وَتَحَصَّنَ منه مَنْ فى ٱلْأَفْدَانِ وَوَغَلُوا فى ٱلْآجَامِ وَوَغَلَ حتى اصاب رجلا على شَطِّ أَجَمَةٍ فَسَأَلَهُ وَٱسْتَدَلَّهُ على الغنم فَحَلَفَ له وقال لا أَعْلَمُ واذا هو رَاعِى ما فى تلك ٱلْأَجَمَةِ

strepitu perceptis, procedere desierunt, in insidiis subsistentes, donec homines illi adparerent. Quo loco manserunt, quoad illi praeterierunt. Equites autem conspecti sunt, a fronte illius catervae procedentes, qui catervam post se reliquerunt, via incedentes, quae ad Essinninum ferebat. Moslemos adesse, non suspicati sunt; illam tantum turbam exspectabant, neque Moslemos petebant, neque eos pertimescebant, ad solum Essinninum considerationem intendentes. Atque mox adparuit soror Asâdsumerdi ben asâdsubch, praesidis El hirae, quae ad principem Essinnini, qui ex primoribus Persarum erat, sponsa deducebatur; cui ob formidinem eorum, in quae incidere possent, praesidiarios adiunxerant. Equites quum ab sponsae comitibus discessissent, iamque Moslemos, qui palmeto tecti in insidiis subsistebant, cameli onusti praetervehcrentur, Bokeir in Schirsâdsum ben asâdsubch, qui inter camelos onustos atque equites incedebat, irruit, eique spinam fregit. Tum equites praecipites se fugae mandarunt, Moslemi vero camelos onustos ceperunt, ac filiam Asâdsubchi cum triginta viris, quos ex praefectis sumtos illi adiunxerat, famulisque centum, qui bona secum vehebant, quorum pretium vix sciri posset. Deinde Bokeir retro reversus, omnia haec abstulit, multoque mane ad Saadum pervenit, ad Odscib el hidschânât commorantem, secum adferens, quae Deus Moslemis tribuerat. Qui quum maximis laudibus Deum efferrent, Saad: „tales laudes egistis, inquit, quales ii agere solent, in quibus dignitatem deprehendi.“ Praedam hanc Saad dispertivit Moslemis; partem quintam ut manubias distribuit, reliquamque eius partem hominibus fortissimis dedit. Ex quo gaudium insigne milites perceperunt. In El odscibo Saad cohortem constituit, quae mulieres illas defenderet; cui mox mulierum omnium defensores adiuncti sunt. Quibus Gâlebum ben abd alla leithitam praefecit. Ipse Saad ad El kâdesijjam consedit, castris in Kodeisso positis; Sohra vero e regione pontis El atîki consedit, ubi hoc tempore El kâdesijja sita est. Bokeirum ad Omarum misit, ut certiorem eum faceret, Saadum iter fecisse, atque in Kodeisso castra posuisse. Quo loco quum per mensem unum commoratus esset, Omaro scripsit haec: „Neque in nos gens illa ullum emisit, neque ulli, quantum scimus, bellum intulerunt; quod simul ut factum erit, litteris te de ea re certiorem faciemus. Deum vero imploro, ut auxilium mihi praebeat. In alveo enim versamur, profundo et lato, apud quem fortitudo insignis deprehenditur. Iam enim ad nos accessit, contra illam gentem nos evocans, dixitque: evocamini contra gentem, fortitudine insigni praeditam.“ Saad quum illo loco commoraretur, Assemum ben amr ad Euphratem inferiorem emisit. Qui ad Meisânam usque perrexit, oves quaerens, vel boves. Nullis vero potiri potuit; nam qui in illis agris erant homines, in locos munitos se receperunt, vel in paludes se abdiderunt. Quo se conferens Assem in hominem incidit, in ripa paludis constitutum; a quo petiit, ut oves bovesque ubinam essent, sibi indicaret. Sed ille, iureiurando interposito: „hoc quidem, inquit, nescio,“ ipse autem pastor eorum pecorum erat, quae in hac palude versabantur. Tum ex ea bos qui-

فصاح منها ثور كذب والله وما نحن أولاء فدخل واستاق الثيران وأتى بها العسكر فقسم ذلك سعد على الناس فأخصبوا أياما أخصبوا فيها وبلغ ذلك الحجاج فى زمانه فأرسل الى نفر من شهدها أحدهم نذير بن عمرو والوليد بن عبد شمس وزاهر فسألهم فقالوا نعم نحن سمعنا ذلك ورأيناه واستقناها فقال كذبتم فقالوا كذلك إن كنت شهدتها وغبنا عنها فقال صدقتم فما كان الناس يقولون فى ذلك قالوا إنه تبشير يستدل بها على رضاء الله وفتح عدونا فقال والله ما يكون هذا إلا والجمع أبرار أتقياء قالوا والله ما ندرى ما أجنت قلوبهم فأما ما رأينا لم نر قوما قط أزهد فى دنيا منهم ولا أشد لها بغضا ما اعتد على رجل منهم فى ذلك اليوم بواحدة من ثلث لا بجبن ولا بغدر ولا بغلول فكان هذا اليوم يوم الأباقر وبث الغارات بين كسكر والأنبار فحووا من الأطعمة ما كانوا يستكفون به زمانا وبعث سعد عيونا الى اهل الحيرة والى صلوبا ليعلموا له خبر اهل فارس فرجعوا اليه بالخبر بأن الملك قد ولى رستم بن الفرخزاد الأرمنى حربه وأمره بالعسكرة فكتب بذلك الى عمر فكتب اليه عمر لا يكربنك ما يأتيك عنهم ولا ما يأتونك به واستعن بالله وتوكل عليه وابعث اليه رجالا من اهل المناظرة والرأى والجلد يدعونه فإن الله جاعل دعاءهم توهينا لهم وفلجا عليهم واكتب إلى فى كل يوم ولما عسكر رستم بساباط كتبوا بذلك الى عمر

كتب إلى السرى عن شعيب عن سيف عن أبى ضمرة عن ابن سيرين وإسمعيل بن أبى خالد عن قيس بن أبى حازم قالوا لما بلغ سعدا فصول رستم الى ساباط أقام فى عسكره لاجتماع الناس فأما إسمعيل فإنه قال كتب اليه سعد إن رستم قد ضرب عسكره بساباط دون المدائن وزحف الينا وأما أبو ضمرة فإنه قال كتب اليه إن رستم قد عسكر بساباط وزحف الينا بالخيول والفيول وزهاء فارس وليس شىء أهم إلى ولا أنا له أكثر ذكرا منى لما أحببت أن أكون عليه ونستعين الله

dam clamavit haec: „mentitur ille, per Deum! en nos quidem, nosmet ipsos!“ Itaque Assem in paludem penetravit, tauros abstulit, eosque ad castra adduxit; quos militibus dispertivit Saad. Tum aliquot dies numerarunt, quibus pabulo abundarent. Quae res quum El haddschâdscho ipsius tempore narraretur, homines nonnullos, qui illi rei interfuissent, advocari iussit; ex quibus erant Nodseir ben amr, atque El walid ben abd schems, et Sâhir. Quos quum de ea re interrogasset, responderunt: „ita est; ipsi ea audivimus, vidimusque, pecoraque abstulimus.“ Tum El haddschâdsch: „mentimini.“ Illi vero: „sane pol, si tu illi rei interfuisti, nos vero abfuimus.“ Tum El haddschâdsch: „vera dicitis! quid vero homines tunc de ea re dicebant?“ Atque illi: „dixerunt hanc rem quasi laetum nuntium esse, gratiam Dei praesagientem, hostiumque cladem.“ El haddschâdsch vero: „hoc quidem, per Deum, obtingere non potuit, nisi hominibus integris, piis.“ Cui illi: „per Deum! haud quidem scimus quaenam in eorum cordibus abscondita erant. Quod ea vero adtinet, quae vidimus, nullam unquam gentem repperimus, quae magis quam illi bona caduca contemnerent, maiorique odio ea prosequerentur. Neque contra ullum eorum illo die ex his tribus rebus una in usum adhibita est, neque ira, neque astutia, neque perfidia.“ Hunc diem nuncuparunt diem boum. Deinde Saad in agros inter Kaskaram atque El anbâram sitos excursores emisit, qui tanto commeatu potiti sunt, ut per aliquod tempus alimentis sufficeret. Porro Saad ad Hirenses atque Salûbam speculatores misit, ut res Persarum explorarent. Qui ad Saadum reversi, eum certiorem fecerunt, regem iam Rustemum ben el ferruchasâds Armenium bello praefecisse, eumque exercitum cogere iussisse. Quod quum Omaro scripsisset, Omar rescripsit haec: „cave, ne sollicitudinem tibi conficiant quae de illis comperisti, vel quae ad te adferuntur. Auxilium pete a Deo, eique confide. Homines nonnullos intelligentia, consilioque, fortitudineque praestantes ad eum mitte, ut eum invitent. Deus enim rem ita moderabitur, ut ex eorum invitatione ipsorum debilitatio nascatur, ac victoria ex iis reportanda. Atque quovis die litteras ad me dato.“ Itaque, quum Rustem ad Sâbâtam castra posuisset, Omaro hoc scripserunt.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abu damra ea compererat, cui ab Ebn sirin atque Ismaîl ben abi châled narrata fuerant, qui ab Kais ben abi hâsem ea cognoverant. Qui quidem dixerunt: Saad, quum Rustemum ad Sâbâtam versus iter facere cognovisset, in castris substitit, ut milites eo confluerent. Quod Ismaîlum autem adtinet, tradidit haec: scripsit Omaro Saad: „Rustem ad Sâbâtam, quae infra El madaïnam sita est, castra posuit, iamque nos petit.“ Quod Abu damram vero adtinet, tradidit haec: scripsit ille Omaro: „Rustem ad Sâbâtam castra posuit, iamque nos petit, emissis equitibus atque elephantis, nonnulloque equitatu. Neque ullam rem magis doleo, neque saepius recordor, iis commotus, quae perficere vellem. Auxilium vero a Deo precamur, eique confidimus. Dum-

وَنَتَوَكَّلُ عليه وقد بَعَثْتُ فُلَانًا وَفُلَانًا وهما كما وَصَفْتَ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَمْرٍو وَٱلْمُجَالِدِ بِإِسْنَادِهِمَا وَسَعِيدِ بْنِ ٱلْمَرْزُبَانِ أَنَّ سَعْدَ بْنَ أَبِي وَقَّاصٍ حين جَآءَهُ أَمْرُ عُمَرَ فيهم جَمَعَ نَفَرًا عليهم نِجَارٌ ولهم آرَآءٌ وَنَفَرًا لهم مَنْظَرٌ وعليهم مَهَابَةٌ ولهم آرَآءٌ فَأَمَّا الذين عليهم نِجَارٌ ولهم آرَآءٌ ولهم ٱجْتِهَادٌ فَٱلنُّعْمَنُ بْنُ مُقَرِّنٍ وَبِشْرُ بْنُ أَبِي رُهْمٍ وَحَمَلَةُ بْنُ حُوَيَّةَ ٱلْكِنَانِيُّ وَحَنْظَلَةُ بْنُ ٱلرَّبِيعِ ٱلتَّمِيمِيُّ وَفُرَاتُ بْنُ حَيَّانَ وَعَدِيُّ بْنُ سُهَيْلٍ وَٱلْمُغِيرَةُ بْنُ زُرَارَةَ بْنِ حَبِيبٍ وَأَمَّا مَنْ له مَنْظَرٌ لِأَجْسَامِهِمْ وعليهم مَهَابَةٌ ولهم آرَآءٌ فَعُطَارِدُ بْنُ حَاجِبٍ وَٱلْأَشْعَثُ بْنُ قَيْسٍ وَٱلْحَرِثُ بْنُ حَسَّانٍ وَعَاصِمُ بْنُ عَمْرٍو وَعَمْرُو بْنُ مَعْدِي كَرِبَ وَٱلْمُغِيرَةُ بْنُ شُعْبَةَ وَٱلْمُعَنَّى بْنُ حَارِثَةَ فَبَعَثَهُمْ دُعَاةً الى ٱلْمَلِكِ

حَدَّثَنِي مُحَمَّدُ بْنُ عَبْدِ ٱللَّهِ بْنِ صَفْوَانَ ٱلثَّقَفِيُّ قال حَدَّثَنَا أُمَيَّةُ بْنُ خَالِدٍ قال حَدَّثَنَا أَبُو عَوَانَةَ عن حُصَيْنِ بْنِ عَبْدِ ٱلرَّحْمَنِ قال قال أَبُو وَائِلٍ جَآءَ سَعْدٌ حتى نَزَلَ ٱلْقَادِسِيَّةَ ومعه الناس فقال لا أَدْرِي لَعَلَّنَا لا نَزِيدُ على سَبْعَةِ آلَافٍ أَوْ نَحْوٍ من ذلك وَٱلْمُشْرِكُونَ ثَلَثُونَ أَلْفًا أَوْ نَحْوُ ذلك فقالوا لنا لا يَدَيْ لكم وَلَا قُوَّةَ ولا سِلَاحَ ما جَآءَ بكم ٱرْجِعُوا قال قُلْنَا لا نَرْجِعُ وما نَحْنُ بِرَاجِعِينَ فكانوا يَضْحَكُونَ من نَبْلِنَا ويقولون دُوكْ دُوكْ وَيُشَبِّهُونَهَا بِٱلْمَغَازِلِ قال فلَمَّا أَبَيْنَا عليهم أَنْ نَرْجِعَ قالوا ٱبْعَثُوا الينا رجلا منكم عَاقِلًا يُبَيِّنُ لنا ما جَآءَ بكم فقال ٱلْمُغِيرَةُ بْنُ شُعْبَةَ أَنَا فَعَبَرَ اليهم فَقَعَدَ مع رُسْتَمَ على ٱلسَّرِيرِ فَنَخَرُوا وَصَاحُوا فقال إِنَّ هذا لَمْ يَزِدْنِي رِفْعَةً ولم يَنْقُصْ صَاحِبَكُمْ قال رُسْتُمُ صَدَقْتَ ما جَآءَ بكم قال إِنَّا كُنَّا قَوْمًا في شَرٍّ وضَلَالَةٍ فَبَعَثَ ٱللَّهُ فينا نَبِيًّا فَهَدَانَا ٱللَّهُ به وَرَزَقَنَا على يديه فكان مِمَّا رَزَقَنَا حَبَّةٌ زُعِمَتْ تَنْبُتُ بهذا البلد فلما أَكَلْنَاهَا وَأَطْعَمْنَاهَا أَهْلِينَا قالوا لا صَبْرَ لنا عن هذه أَنْزِلُونَا هَذِهِ ٱلْأَرْضَ حتى نَأْكُلَ من هذه ٱلْحَبَّةِ فقال رُسْتُمُ إِذًا نَقْتُلُكُمْ فقال إِنْ قَتَلْتُمُونَا دَخَلْنَا ٱلْجَنَّةَ وَإِنْ قَتَلْنَاكُمْ دَخَلْتُمُ ٱلنَّارَ أَوْ أَدَّيْتُمُ ٱلْجِزْيَةَ قال فلما قال أَدَّيْتُمُ ٱلْجِزْيَةَ نَخَرُوا وَصَاحُوا وقالوا لا صُلْحَ بيننا وبينكم فقال ٱلْمُغِيرَةُ تَعْبُرُونَ الينا أَوْ نَعْبُرُ اليكم فقال رُسْتُمُ بَلْ نَعْبُرُ اليكم فَٱسْتَأْخَرَ المسلمون حتى عَبَرَ منهم مَنْ

viros tales emisi, quales descripsisti." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Amro atque El modschâledo, ad praeceptores suos provocantibus, ac Saido ben el mersubân haec compererat: Saad ben abi wakkâs, simul atque Omar, ut illi viri mitterentur, mandavit, homines elegit, quorum alii auctoritate ac consilio praestabant, alii et forma, et dignitate, consilioque. Qui auctoritate ac consilio, fortitudineque, praestabant, erant Ennoomân ben mokarren, Bischr ben abi rohm, Hamala ben howajja Kenânita, Handala ben errabî Temîmita, Forât ben hajjân, Adi ben soheil, atque El mogira ben sorâra ben habib. Qui et forma corporis, et dignitate, consilioque praestabant, erant Otâred ben hâdscheb, El aschath ben kais, El hâreth ben hassân, Assem ben amr, Amr ben maadî karib, El mogira ben schooba, atque El moanna ben hâretha. Quos omnes invitatores ad regem misit."

Haec mihi narravit Mohammed ben abd alla ben safwân Thakîfita, qui dixit: mihi ea narravit Omajja ben châled, qui dixit: mihi ea tradidit Abu owâna, cui ab Hossain ben abd errrachmân tradita fuerant. Qui dixit: dixit Abu wâjel: Saad iter fecit, quoad apud El kâdessijjam cum exercitu consedit. Tum ille: „haud quidem scio, inquit, an supra septem millia, vel talem circiter numerum, nostrorum militum hoc loco adsint; polytheïstarum vero triginta millia adsunt, vel tot circiter." Addidit: Persae nobis dicebant: „quum nulla vobis potentia sit, neque vis, neque armatura, quid vos huc adduxit? Retro revertimini!" Addidit idem: tum nos: „non revertemur, neque hinc recedemus." Illi vero, tela nostra ridentes, clamabant: *dûk, dûk?* scilicet fusos ea adsimulabant. Addidit: quum igitur reverti nollemus, illi nobis dixerunt: „hominem prudentem ad nos mittite, qui nobis exponat, quid vos huc adduxerit." Tum El mogîra ben schooba: „ego, inquit, illuc contendam." Itaque ad Persas perrexit, atque propter Rustemum in grabato consedit. Quo viso, frementes conclamarunt Persae. El mogira vero: „hoc quidem dignitati meae nihil addit, neque duci vestro aliquid detrahit." Tum Rustem: „recte dixisti; quid vero vos huc adduxit?" Atque ille: „quum gens essemus in errore versaus, Deus prophetam ad nos legavit, quo misso in viam rectam nos direxit, beneficiaque nobis tribuit. Ex iis vero, quae nobis tribuit, granum quoddam fuit, quod in hac terra nasci fertur. Quod quum vesceremur, nostrisque edendum praeberemus, hi: „hoc grano carere non possumus, inquibant; itaque in terram illam nos deducite, ut hoc cibo uti possimus!" Cui Rustem „tum vos interficiemus." Ille vero: „quodsi nos interficitis, in paradisum deducemur; si vero vos interficimus, in orcum depellemini, nisi forte tributum pendetis." Addit: quae verba: „tributum pendetis" quum ille pronuntiaret, frementes conclamarunt Persae: „nulla nobis pax cum vobis esse potest." Tum El mogira: „igitur aut ad nos traiicietis, aut ad vos traiiciemus." Rustem vero: „minime hoc fiat! nos ad vos traiiciemus." Itaque Moslemi exspectarunt, donec magna illorum pars amnem traiecit; quos mox adorti sunt, atque in fugam verterunt. Dixit Hossain:

عَبَرَ فَحَمَلُوا عليهم فَهَزَمُوهُمْ قال حُصَيْنٌ فَحَدَّثَنِى رَجُلٌ مِنَّا يُقَالُ لَهُ عُبَيْدُ بْنُ جَحْشٍ ٱلسُّلَمِىُّ قال لَقَدْ رَأَيْتُنَا وَإِنَّا لَنَطَأُ على ظُهُورِ ٱلرِّجَالِ ما مَسَّهُمْ سِلَاحٌ قَتَلَ بَعْضُهُمْ بَعْضًا ولقد رَأَيْتُنَا أَصَبْنَا جِرَابًا من كَافُورٍ فَحَسِبْنَاهُ مِلْحًا لا نَشُكُّ أَنَّهُ مِلْحٌ فَطَبَخْنَا لَحْمًا فَجَعَلْنَا نُلْقِيهِ فى ٱلْقِدْرِ فلا نَجِدُ له طَعْمًا فَمَرَّ بنا عِبَادِىٌّ معه قَمِيصٌ فقال يَا مَعْشَرَ ٱلْمُعْرِبِينَ لا تُفْسِدُوا طَعَامَكُمْ فَإِنَّ مِلْحَ هذه الارض لا خير فيه هَلْ لَكُمْ أَنْ تَأْخُذُوا هذا القميص به فَأَخَذْنَاهُ منه وَأَعْطَيْنَاهُ مِنَّا رَجُلًا يَلْبَسُهُ فَجَعَلْنَا نُطِيفُ به وَنَتَعَجَّبُ منه فَلَمَّا عَرَفْنَا ٱلثِّيَابَ اذا ثَمَنُ ذٰلِكَ ٱلْقَمِيصِ دِرْهَمَانِ قال وَلَقَدْ رَأَيْتُنِى أَقْرُبُ الى رجل عليه سِوَارَانِ من ذَهَبٍ وَسِلَاحُهُ فَجَآءَ فما كَلَّمْتُهُ حتى ضَرَبْتُ عُنُقَهُ قال فانهزموا حتى ٱنْتَهَوْا الى ٱلصَّرَاةِ فَطَلَبْنَاهُمْ فانهزموا حتى ٱنْتَهَوْا الى ٱلْمَدَآئِنِ فكان المسلمون بِكُوثَى وكان مَسْلَحَةُ ٱلْمُشْرِكِينَ بِدَيْرِ ٱلْمِسْلَاخِ فَأَتَاهُمُ المسلمون فَٱلْتَقَوْا فَهُزِمَ المشركون حتى نَزَلُوا بِشَاطِئِ دِجْلَةَ فمنهم مَنْ عَبَرَ من كَلْوَاذَى ومنهم مَنْ عَبَرَ من أَسْفَلِ ٱلْمَدَآئِنِ فَحَصَرُوهُمْ حتى ما يَجِدُونَ طَعَامًا يَأْكُلُونَهُ إِلَّا كِلَابَهُمْ وَسَنَانِيرَهُمْ فخرجوا ليلا فَلَحِقُوا بِجَلُولَآءَ فَأَتَاهُمُ المسلمون وعلى مُقَدِّمَةِ سَعْدٍ هَاشِمُ بْنُ عُتْبَةَ وَمَوْضِعُ ٱلْوَقْعَةِ التى أَلْحَقَهُمْ منها فَرِيدُ قال أَبُو وَائِلٍ فَبَعَثَ عُمَرُ بْنُ الخَطَّاب حُذَيْفَةَ بْنَ ٱلْيَمَانِ على اهل الكوفة وَمُجَاشِعَ بْنَ مَسْعُودٍ على أَهْلِ ٱلْبَصْرَةِ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَمْرِو بْنِ مُحَمَّدٍ عن ٱلشَّعْبِىِّ وَطَلْحَةَ عن المغيرة قالوا فَخَرَجُوا من العسكر حتى قَدِمُوا ٱلْمَدَآئِنَ أَحْجَاجًا وَدُعَاةً لِيَزْدَجِرْدَ فَوَقَفُوا كَأَنَّهُمْ فى غَزَوَاتٍ معهم جَنَآئِبُ وَكُلُّهَا صُهَالٌ فاستاذنوا فَحُبِسُوا وَبَعَثَ يَزْدَجِرْدُ الى وُزَرَآئِهِ وَوُجُوهِ أَرْضِهِ يَسْتَشِيرُهُمْ فيما يَصْنَعُ بهم فيقوله لهم وَسَمِعَ بهم الناس فَحَضَرُوهُمْ ينظرون اليهم وعليهم ٱلْمُقَطَّعَاتُ وَٱلْبُرُودُ وفى أَيْدِيهِمْ سِيَاطٌ دِقَاقٌ وفى أَرْجُلِهِمُ ٱلنِّعَالُ فلما ٱجْتَمَعَ رَأْيُهُمْ أَذِنَ لهم فَأُدْخِلُوا عليه ❁ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن طَلْحَةَ

haec mihi tradidit vir quidam ex nostris, qui vocabatur Obeid ben dschachsch Soleimita; qui dixit: tum nos vidi dorsa hominum calcare, qui non armis caesi fuerant, sed alius alium se protriverant. Atque porro ibi nos vidi saccum auferre, camphora repletum, quam sal esse putabamus. Itaque, quum nulla nobis esset dubitatio, quin illa res sal esset, carnem assaturi aliquid camphorae in ollam iniecimus, sed nullum eius saporem percepimus. Tum Ebâdita quidam, qui nos transvehebatur, tunicam secum portans: „o coetus Arabum, inquit, cavetote, ne cibum vestrum corrumpatis; nam in sale huius terrae nihil boni inest; libetne vobis, pro eo hanc tunicam accipere?" Itaque tunicam cepimus, eamque cuidam nostrum dedimus; quem, quum ea indutus esset, admirantes circumgrediebamur. Postea quum vestium genera cognita haberemus, hanc vestem pretium duorum dirhemorum habere intelleximus. Addit idem: atque porro ibidem me in hominem invadere vidi, armillas aureas gestantem, armisque indutum; cui, quum accederet, ne uno quidem verbo prolato, collum secui. Hostes profligati ad Essarâtam fugerunt; quo loco quum iis supervenissemus, iterum profligati ad El madâïnam tetenderunt. Moslemi ad Kûtham constiterant; polytheïstae praesidio tenebant locum, qui Deir el mislâch vocabatur. Atque mox iterum in eos invaserunt Moslemi, signisque collatis, polytheïstae in fugam coniecti sunt. Tum in ripa Tigridis consederunt, aliique eorum a parte Kelwâdsae flumen traiecerunt, alii vero a parte infra El madâïnam sita. Moslemi Persas obsidio ita presserunt, ut mox nullum cibum, quo vescerentur, haberent, nisi canes suos, felesque. Quam ob rem noctu egressi ad Dschelûlâam se receperunt. Sed Moslemi iterum eos insequuti sunt. Tunc primo agmini Saadi praefuit Hâschem ben otba. Locus proelii vero, ex quo illos pepulit, vocabatur Ferid. Quo quidem tempore Omar ben el chattâb emisit Hodseifam ben el jemân, ut Kûfensibus praeesset, Modschâschium ben mesûd vero, ut Basrensibus praeesset.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Amro ben mohammed ea compererat, cui ab Esschobio narrata fuerant, atque ex Talcha, cui ab El mogira narrata fuerant. Qui dixerunt: itaque illi viri ex castris egressi ad El madâïnam perrexerunt, ut disceptationem instituerent, atque Jesdedscherdum invitarent. Substiterunt ibi perinde instructi, ac si in expeditione versarentur; iumenta funalia secum habebant, quorum quodvis hinnitum edebat. Quum aditum ad regem postulassent, primo retenti sunt. Jesdedscherd enim ad consiliarios, terraeque suae principes, legatos misit, illos homines de iis consulturus, quae his Arabibus faceret ac diceret. Urbis incolae, quum Arabes venisse comperissent, eos circumsteterunt, visum in eos figentes; vestibus curtis, tunicisque, Arabes induti erant; in manibus scuticas tenues gestabant; pedes soleati erant. Simul ut illi consilium ceperunt, Arabes aditum obtinuerunt, atque ad regem introducti sunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Talcha ea comperecat,

عن بِنْتِ كَيْسَانَ ٱلضَّبِّيَّةِ عن بَعْضِ سَبَايَا ٱلْقَادِسِيَّةِ مِمَّنْ كان إِسْلَامُهُ حَسُنَ وَحَضَرَ هذا ٱلْيَوْمَ الذى قَدِمَ فيه وُفُودُ ٱلْعَرَبِ قال وَثَابَ اليهم الناس ينظرون اليهم فَلَمْ أَرَ عَشَرَةً قَطُّ يَعْدِلُونَ فى ٱلْهَيْئَةِ بِأَلْفٍ غَيْرَهُمْ وَخَيْلُهُمْ تَخْبِطُ وَيُوعِدُ بَعْضُهَا بَعْضًا وجعل اهل فارس يَسُوءُهُمْ ما يَرَوْنَ من حالهم وحال خيلهم فَلَمَّا دَخَلُوا على يَزْدَجَرْدَ أَمَرَهُمْ بالجلوس وكان سَيِّءَ ٱلْأَدَبِ فَكَانَ أَوَّلَ شَيْءٍ دَارَ بينه وبينهم أَنْ أَمَرَ الترجمان بينه وبينهم فقال سَلْهُمْ ما يُسَمُّونَ هَذِهِ ٱلْأَرْدِيَةَ فَسَأَلَ ٱلنُّعْمَنَ وكان على ٱلْوَفْدِ ما يُسَمَّى رِدَآءَكَ قال ٱلْبُرْدُ فَتَطَيَّرَ وقال بُرْدْ جِهَانْ وَتَغَيَّرَتْ أَلْوَانُ فَارِسَ وَشَقَّ ذلك عليهم ثم قال سَلْهُمْ عن أَحْذِيَتِهِمْ ما تُسَمُّونَ هَذِهِ فقال ٱلنِّعَالُ فَعَادَ لِمِثْلِهَا فقال نَالَهْ نَالَهْ فى أَرْضِنَا ثم سَأَلَهُ عن الذى فى يَدِهِ فقال سَوْطٌ وَٱلسَّوْطُ بِٱلْفَارِسِيَّةِ الحَرِيقُ فقال أَحْرَقُوا فَارِسَ أَحْرَقَهُمُ ٱللَّهُ وكان تَطَيُّرُهُ على اهل فارس وكانوا يَجِدُونَ من كَلَامِهِ ✿

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَمْرٍو عن ٱلشَّعْبِيِّ بِمِثْلِهِ وَزَادَ ثم قال ٱلْمَلِكُ سَلْهُمْ ما جَآءَ بكم وما دَعَاكُمْ الى غَزْوِنَا وَٱلْوُلُوعِ بِبِلَادِنَا أَمِنْ أَجْلِ أَنَّا أَجْمَمْنَاكُمْ وَتَشَاغَلْنَا عنكم اجْتَرَأْتُمْ علينا فقال لهم ٱلنُّعْمَنُ بْنُ مُقَرِّنٍ إِنْ شِئْتُمْ أَجَبْتُ عنكم وَمَنْ شَآءَ آثَرْتُهُ فقالوا بَلْ تَكَلَّمْ وقالوا للملك كَلَامُ هَذَا ٱلرَّجُلِ كَلَامُنَا فَتَكَلَّمَ ٱلنُّعْمَنُ فقال إِنَّ ٱللَّهَ رَحِمَنَا فَأَرْسَلَ الينا رَسُولًا يَدُلُّنَا على الخير وَيَأْمُرُنَا به وَيُعَرِّفُنَا ٱلشَّرَّ وَيَنْهَانَا عنه وَوَعَدَنَا على إِجَابَتِهِ خير الدنيا وَٱلْآخِرَةِ فلم يَدْعُ الى ذلك قَبِيلَةً إِلَّا صَارُوا فِرْقَتَيْنِ فِرْقَةٌ تُقَارِبُهُ وَفِرْقَةٌ تُبَاعِدُهُ ولا يدخل معه فى دينه إِلَّا الخَوَاصُّ فَمَكَثَ بذلك ما شَآءَ ٱللَّهُ أَنْ يَمْكُثَ ثم أُمِرَ أَنْ نَبْدَأَ الى مَنْ خَالَفَهُ من ٱلْعَرَبِ وَبَدَأَ بهم ففعلوا وفعل فدخلوا شَفْعَهُ جميعا على وَجْهَيْنِ مُكْرَهٍ عليه فَاغْتَبَطَ وَطَائِعٍ أَتَاهُ فَازْدَادَ يُعَرِّفُنَا جَمِيعًا فَضْلَ ما جاء

cui ea tradiderat Bint keissân, Dabbica, quae ex quodam captivo ea audiverat, qui ad El kâdessijjam captus, ex animo islamismum amplexus est, atque in illo loco, quum legati Arabes advenirent, adfuerat. Qui quidem dixit: homines circumstabant legatos, visum in eos figentes, neque praeter illos unquam decem homines vidi, qui, quod adspectum adtinet, homines mille aequipararent; equi autem eorum, pedibus solum radentes, invicem minas iactabant. Persis vero et hominum illorum, et equorum, habitus displicere coepit. Legati quum ad Iesdedscherdum introducti essent, considere eos iussit, quamquam moribus erat inurbanis. Prima res, de qua egerunt, fuit, quod rex interpreti dixit: „interroga illos, quomodo ista pallia nominent?" Itaque interpres ex Ennoomâno, qui legationis princeps erat, quaesivit haec: „quomodo nominatur pallium tuum?" Respondit ille: „nominatur Burd." Tum rex, ominatus infausta, exclamavit: Burd dschihân i. e. *rapuit mundum!* Atque Persae expallescentes graviter commoti sunt. Deinde rex: „iterroga illos, inquit, de ipsorum calceis, quomodo eos nominent." Respondit Ennoomân: „nominantur Niâl." Quibus iterum commotus rex exclamavit: „Nâle, Nâle, i. e. *lamentatio, lamentatio,* in terra nostra exstitit!" Tum de iis instrumentis, quae in manibus gestarent, eum interrogavit, responditque ille: „haec nominantur Ssaut" i. e. *scutica.* Persice vero ustionem significat Ssaut. Quamobrem rex; „combusserunt illi Persiam; itaque eos comburat Deus!" Mala ominatus est incolis Persiae; caverunt igitur, ne cum eo colloquerentur. Scripsit ad me quae cum his consonant Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Amro ea compererat, cui ab Esschobio narrata fuerant; qui vero addidit haec: deinde dixit rex: „haec iam ex iis quaere: quid vos huc adduxit, quaenamque res vos impulit, ut bellum nobis inferretis, terramque nostram occupare velletis? Num quoniam rebus aliis operam navantes vobis quietem indulsimus, impudenter in nos invaditis?" Tum Ennoomân ben mokarren suis: „si vobis placitum est, inquit, vestrum vice illi respondebo; si vero alius quisquam respondere velit, hoc munus ei cedam." Sed illi: „minime vero! iam sermonem institue!" atque regi dixerunt: „sermo illius hominis est sermo noster." Itaque Ennoomân sic loquutus est: „Deus quum misericordia nos amplexus esset, legatum ad nos misit, qui honesta nos docuit, eaque perficere nos iussit, atque turpia quaenam sint, nobis exposuit, eaque persequi vetuit, nobisque obsequii praemium felicitatem promisit, quum in hoc mundo, tum in futuro, obtinendam. Quaecunque tribus vero ab eo ad hanc rem invitabatur, in ea partes duae exsistebant, quarum altera eum sequebatur, altera aversabatur, neque ejus religionem recipiebant, nisi homines meliores. Qua quidem conditione ille usus est, quamdiu ea ipsum uti Deus voluit. Deinde eos Arabes, qui contra ipsum repugnabant, aggredi nos iussit, ipseque eos aggressus est. Qua re ab iis atque eo suscepta, eius potestati se subiecerunt omnes, ratione duplici utentes; alii enim vi coacti sunt, sed postea tamen felices se praedicarunt; alii

بهِ على الذى كُنّا عليه من ٱلْعَدَاوَةِ وَٱلضِّيقِ ثم أَمَرَنَا أَنْ نَبْدَأَ بما يَلِينَا من ٱلْأُمَمِ
فَنَدْعُوَهُمْ الى ٱلْإِنْصَافِ فَنَحْنُ نَدْعُوكُمْ الى دِينِنَا وهو دِينٌ حَسَّنَ ٱلْحَسَنَ وَقَبَّحَ
ٱلْقَبِيحَ كُلَّهُ فَإِنْ أَبَيْتُمْ فَأَمْرٌ مِنَ ٱلشَّرِّ فَٱقْبَلُوا ما هو أَهْوَنُ مِنْ أَخْذِ شَرٍّ
منه ٱلْجِزَآء فَإِنْ أَبَيْتُمْ فَٱلْمُنَاجَزَةُ فَإِنْ أَجَبْتُمُونَا الى دِينِنَا خَلَّفْنَا فيكم كتاب
ٱللّٰه وَأَقَمْنَا على أَنْ تَحْكُمُوا بِأَحْكَامِهِ وَنَرْجِعُ عنكم وَشَأْنَكُمْ وَبِلَادَكُمْ وَإِنْ
ٱتَّقَيْتُمُونَا بِٱلْجِزَآء قَبِلْنَا وَمَنَعْنَاكُمْ وَإِلَّا قَاتَلْنَاكُمْ ۞ قَالَ فَتَكَلَّمَ يَزْدَجَرْدُ
فقال إِنِّي لا أَعْلَمُ فى الارض أُمَّةً كانت أَشْقَى ولا أَقَلَّ عَدَدًا ولا أَسْوَأَ ذَاتًا منكم قد كُنَّا
نُوَكِّلُ بكم قُرَى ٱلضَّوَاحِي فَيَكْفُونَاكُمْ لا تَغْزُوا فَارِسَ ولا تَطْمَعُوا أَنْ تَقُومُوا
لهم فَإِنْ كان غَرَرٌ لَحِقَ فلا يَغُرَّنَّكُمْ مِنَّا وَإِنْ كان ٱلْجَهْدُ دعاكم فَرَضْنَا لكم
قُوتًا الى خِصْبِكُمْ وَأَكْرَمْنَا وُجُوهَكُمْ وَكَسَوْنَاكُمْ وَمَلَّكْنَا عليكم مَلِكًا يَرْفُقُ بكم
فَأَسْكَتَ ٱلْقَوْمُ فقام ٱلْمُغِيرَةُ بْنُ زُرَارَةَ بْنِ ٱلنَّبَّاشِ ٱلْأُسَيِّدِيُّ فقال أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ إِنَّ
هَؤُلَآء رُؤُوسُ ٱلْعَرَبِ وَوُجُوهُهُمْ وهم أَشْرَافٌ يَسْتَحْيُونَ من الاشراف وَإِنَّمَا يُكْرِمُ
ٱلْأَشْرَافَ وَيُعَظِّمُ ٱلْأَشْرَافَ ٱلْأَشْرَافُ وليس كُلَّمَا أُرْسِلُوا به جَمَعُوهُ لك ولا كُلَّمَا
تَكَلَّمْتَ به أَجَابُوكَ عليه وقد أَحْسَنُوا فلا يَحْسُنُ بِمِثْلِهِمْ الَّا ذلك فَجَاوِبْنِي لِأَكُونَ الذى
أُبَلِّغُكَ وَيَشْهَدُونَ على ذلك إِنَّكَ قد وَصَفْتَنَا صِفَةً لم تَكُنْ بها عَالِمًا فَأَمَّا ما ذَكَرْتَ مِنْ
سُوء الحال فما كان أَسْوَأَ حَالًا مِنَّا وَأَمَّا جُوعُنَا فلم يَكُنْ يُشْبِهُ ٱلْجُوعَ كُنَّا نَأْكُلُ
ٱلْخَنَافِسَ والجِعْلَانَ وَٱلْعَقَارِبَ والحَيَّاتِ فَنَرَى ذلك طَعَامَنَا وَأَمَّا ٱلْمَنَازِلُ فَإِنَّمَا هِيَ
ظَهْرُ الارض ولا نَلْبَسُ إِلَّا ما غَزَلْنَا من أَوْبَارِ ٱلْإِبِلِ وَأَشْعَارِ ٱلْغَنَمِ دِينُنَا أَنْ نَقْتُلَ
بَعْضُنَا بعضًا وَنُغِيرَ بَعْضُنَا عَلَى بَعْضٍ وَأَنْ كان أَحَدُنَا لَيَدْفِنُ ٱبْنَتَهُ حَيَّةً كَرَاهِيَةَ
أَنْ تَأْكُلَ من طَعَامِنَا فَكَانَتْ حَالُنَا قبل اليوم على ما ذَكَرْتُ لك فَبَعَثَ ٱللّٰهُ الينا
رَجُلًا مَعْرُوفًا نَعْرِفُ نَسَبَهُ وَنَعْرِفُ وَجْهَهُ وَمَوْلِدَهُ فَأَرْضُهُ خَيْرُ أَرْضِنَا وَحَسَبُهُ خَيْرُ
أَحْسَابِنَا وبيته أَعْظَمُ بيوتنا وَقَبِيلَتُهُ خَيْرُ قبيلتنا وهو بنفسه كان خَيْرَنَا فى الحال التى
كان فيها أَصْدَقَنَا وَأَحْلَمَنَا فدعانا الى أَمْرٍ فلم يُجِبْهُ أَحَدٌ أَوَّلَ مِنْ تِرْبٍ كان له

sua sponte ad eum transierunt. Tum magis magisque nos edocuit, quantum ea, quae nobis attulerat, dissidiis iis ac miseriis praestarent, in quibus antea versati eramus. Atque mox gentes vicinas aggredi, easque ad virtutem vocare, nos iussit. Propterea vos iam ad religionem nostram vocamus, quae quidem honesta commendat, turpia vero reprobat omnia. Quodsi rennatis, mala vobis inferri iussit. Itaque id recipite, quod poena dira tolerabilius est, ex quo est tributum. Si hoc reiicitis, dimicandum erit. Si vero religionem nostram amplectemini, librum Dei apud vos relinquemus, hac lege vobis imposita, ut ex eius praeceptis ius administretis, tumque a vobis, rebusque vestris, terraque vestra discedemus. Si tributo penso nobis satis facere vultis, hoc accipimus, vosque tuebimur. Sin minus, bellum vobis inferemus." Tradidit idem: tum Jesdedscherd ita loquutus est: „nullam sane usquam novi gentem, quae miserior, tenuior, atque pauperior sit quam vos. Pagos camporum desertorum vobis concessimus incolendos, ut iis contenti essetis. Persis bellum inferre nolite, neque iis refragari. Quodsi in aliquod discrimen vos obtulistis, cavetote ne irae nostrae vos exponat. Sin egestas in haec vos instigavit, victum vobis adsignabimus, ad pabula vestra adiiciendum, principesque vestros honoribus adficiemus, vestibusque vos amiciemus, atque regem vobis praeficiemus, qui benignum se vobis praebeat." Quibus auditis, tacuerunt homines. Surrexit vero El mogîra ben sorâra ben ennebbâsch Ossajjidita, dixitque haec: „o rex, hi homines duces Arabum sunt, eorumque principes. Homines generosi hi sunt, qui generosorum verecundiam habent; nam non venerantur, neque honore adficiunt nisi generosos generosi. Non omnia ea, quae secum attulerunt, tui causa compararunt, neque ad omnia ea, quae dixisti, responderunt. Honeste se gesserunt, neque alia huiusmodi viros decent. Itaque mihi iam responde, ut is sim, qui tibi rem exponam; illi vero testes aderunt. Descriptionem quandam nostrum proposuisti, quam ipse non satis intelligis. Quod paupertatem nostram adtinet, nulli certe homines fuerunt, qui pauperiores essent quam nos. Fames nostra fami similis non erat; vescebamur enim vermibus, scarabaeis, scorpionibus, serpentibusque, eosque pro victu habebamus. Quod habitationes adtinet, pro iis agri solum habemus, neque vestimur, nisi iis, quae ex pilis camelorum, oviumque velleribus, nendo paramus. Religio nostra haec erat, ut caedes mutuas faceremus, incursionibusque mutuis operam daremus, utque nonnulli nostrum filias defoderent vivas, ne aliquid cibi nostri comederent. In hoc quidem statu, quem modo exposui, antea fuimus. Deinde Deus ad nos legavit hominem clarum, cuius genus, ac vultum, solumque natale, cognitum habebamus, cuiusque terra ex terris nostris praestantissimis erat, qui nobilitate florebat, inter nobilitates nostras praestante, cuius domus ex domibus nostris maximis erat, cuius gens ex gentibus nostris optimis erat. Atque ipsum nostrum praestantissimus erat, probitate ac benignitate excellens. Qui quum ad quandam rem nos invitasset, nemo eam prius suscepit, quam quidam ipsius amicus, qui post ipsum mortuum suc-

وكان الخَلِيفَةَ من بعده فقال وَقُلْنَا وَصَدَقَ وَكَذَبْنَا فلم يَقُلْ شَيْئًا إِلَّا كان قَذَفَ ٱللَّهُ فى قلوبنا ٱلتَّصْدِيقَ له وَٱتِّبَاعَهُ فصار فيما بيننا وبين رَبِّ ٱلْعَالَمِينَ فما قال لنا فهو قَوْلُ ٱللَّهِ وما أَمَرَنَا فهو أَمْرُ ٱللَّهِ فقال لنا إِنَّ رَبَّكُمْ يقول إِنِّى أَنَا ٱللَّهُ وَحْدِى لا شَرِيكَ لى كُنْتُ إِذْ لم يَكُنْ شَىْءٌ وَكُلُّ شَىْءٍ هَالِكٌ إِلَّا وَجْهِى وَأَنَا خَلَقْتُ كُلَّ شَىْءٍ وَإِلَىَّ يَصِيرُ كُلُّ شَىْءٍ وَإِنَّ رَحْمَتِى أَدْرَكَتْكُمْ فَبَعَثْتُ هذا الرجل لِأَدُلَّكُمْ على السبيل التى بها أُنْجِيكُمْ بعد الموت من عَذَابِى وَلِأُحِلَّكُمْ دَارِى دَارَ ٱلسَّلَامِ فَنَشْهَدُ عليه أَنَّهُ جَآءَ بالحَقِّ من عِنْدِ الحَقِّ وقال مَنْ تَابَعَكُمْ على هذا فَلَهُ ما لكم وعليه ما عليكم وقال مَنْ أَبَى فَٱعْرِضُوا عليه الجِزْيَةَ ثم ٱمْنَعُوهُ مِمَّا تمنعون منه أَنْفُسَكُمْ وَمَنْ أَبَى فَقَاتِلُوهُ فَأَنَا الحَكَمُ بينكم فَمَنْ قُتِلَ منكم أَدْخَلْتُهُ جَنَّتِى وَمَنْ بَقِىَ منكم أَعْقَبْتُهُ ٱلنَّصْرَ على مَنْ نَاوَأَهُ فَٱخْتَرْ إِنْ شِئْتَ الجِزْيَةَ عن يَدٍ وَأَنْتَ صَاغِرٌ وَإِنْ شِئْتَ فَٱلسَّيْفَ أَوْ تُسْلِمَ فَتُنْجِىَ نَفْسَكَ فقال أَتَسْتَقْبِلُنِى بمثل هذا فقال ما ٱسْتَقْبَلْتُ إِلَّا مَنْ كَلَّمَنِى ولو كَلَّمَنِى غَيْرُكَ لم أَسْتَقْبِلْكَ به فقال لو لا أَنَّ ٱلرُّسُلَ لا تُقْتَلُ لَقَتَلْتُكُمْ لا شَىْءَ لكم عندى فقال ٱئْتُونِى بِوِقْرٍ مِنْ تُرَابٍ فقال ٱحْمِلُوهُ على أَشْرَفِ هٰؤُلَآءِ ثم سُوقُوهُ حتى يخرج من باب ٱلْمَدَآئِنِ ٱرْجِعُوا الى صاحبكم فَأَعْلِمُوهُ أَنِّى مُرْسِلٌ اليكم رُسْتَمَ حتى يَدْفِنَكُمْ وَيَدْفِنَهُ فى خَنْدَقِ القادسيّة وَيُنَكِّلَ به وبكم مِنْ بَعْدُ ثم أُورِدُهُ بِلَادَكُمْ حتى أَشْغَلَكُمْ فى أَنْفُسِكُمْ بِأَشَدَّ مِمَّا نالكم من سَابُورَ ثم قال مَنْ أَشْرَفُكُمْ فَسَكَتَ ٱلْقَوْمُ فقال عَاصِمُ بْنُ عَمْرٍو وَٱفْتَاتَ لِيَأْخُذَ ٱلتُّرَابَ أَنَا أَشْرَفُهُمْ أَنَا سَيِّدُ هٰؤُلَآءِ فَحَمِّلْنِيهِ فقال أَكَذَاكَ قالوا نَعَمْ فَحَمَلَهُ على عُنُقِهِ فخرج به من ٱلْإِيوَانِ والدار حتى أَتَى رَاحِلَتَهُ فَحَمَلَهُ عليها ثم ٱنْجَذَبَ فى السَّيْرِ فَأَتَوْا به سَعْدًا وَسَبَقَهُمْ عَاصِمٌ فَمَرَّ بِبَابِ قُدَيْسٍ فَطَوَاهُ وقال بَشِّرُوا ٱلْأَمِيرَ بِٱلظَّفَرِ ظَفِرْنَا إِنْ شَاءَ اللّٰه ثم مَضَى حتى جَعَلَ ٱلتُّرَابَ فى الحِجْرِ ثم رَجَعَ فدخل على سَعْدٍ فَأَخْبَرَهُ الخَبَرَ فقال ٱبْشِرُوا فقد واللّٰه أَعْطَانَا ٱللَّهُ أَقَالِيدَ مُلْكِهِمْ

cessor eius factus est. Loquutus est legatus, atque nos loquuti sumus; vera ille dicebat, mentiebamur nos. Denique ut iis, quae illo loquutus est, corda nostra adsentirent atque obsequerentur, effecit Deus. Itaque ille inter nos et mundorum dominum internuntius factus est. Quae dicebat, ea a Deo dicta erant; quae iubebat, ea a Deo iussa erant. Haec vero nobis dixit: „dominus vester sic vobis loquitur: equidem solus Deus sum, neque quisquam mihi socius est. Exstiti, prius quam exstitit res ulla. Quaevis res peribit, praeter vultum meum. Omnia condidi, omniaque ad me revertentur. Quum vero misericordia vos amplexus essem, hunc hominem ad vos misi, ut eam viam vobis patefacerem, qua incedentibus vobis post mortem poenam remittam, utque in domum meam, felicitatis domum, vosde ducere possem." Hunc itaque virum profitemur veritatem attulisse, ab veritate missam. Porro nobis haec dixit: „quicunque in hac re vobis adsentit, ei erunt, quae vobis sunt, eique iniungentur, quae vobis iniuncta sunt. Quicunque adsentire nolit, ei permittite, ut tributum pendat; quod si facit, eum ab iis defendite, a quibus vosmet ipsos defenditis. Sin renititur, bellum ei inferte. Quod vero ea adtinet, quae vobismet ipsis decreta sunt, quicunque vestrum interficietur, eum in hortum meum deducam; quicunque vestrum sospes erit, is ut victoriam ex inimicis ferat, efficiam." Itaque iam alterutrum elige! Si obedienter tributum pendere vis, te nobis submittens, hoc accipimus; sin alterum praeoptas, aut gladium arripo, aut moslemum te fac, ut animam tuam salvam praestes!" Tum rex: „num mihi talia offers?" Ille vero: „ea non obtuli, nisi ei, qui me compellavit; quodsi alius quam tu me compellavisset, non tibi ea obtulissem." Atque rex: „nisi legatos interfici vetitum esset, vos interficerem; nihil rei vobis penes me est." Deinde rex: „adferte mihi, inquit, glebam terrae!" Mox que idem: „hanc ei imponito, qui illorum nobilissimus est, eumque abigite, quead ex porta El madâïnae egressus erit. Iam ad ducem vestrum revertimini, eumque certiorem facito, me Rustemum contra vos emissurum esse, ut vos atque eum in fossa El kâdessijjae opprimat, supplicioque vos eumque cito adficiat. Quo peracto, Rustemum in terram vestram immittam, ut in ipsis sedibus vestris graviora vobis infligam, quam quae ab Sapore passi estis." Deinde rex: „quisnam vestrum nobilissimus est?" Quum tacerent ceteri, Assem ben amr, gleba subito arrepta; „ego, inquit, illorum nobilissimus sum, eorumque princeps; itaque mihi eam impone!" Tum rex: „num ita se habet res?" atque illi: „ita sane se habet." Itaque glebam collo Assemi imposuit; qui ex oeco, aedibusque, egressus ad iumentum suum porrexit, cui glebam imposuit. Deinde celeriter iter fecerunt, glebam ad Saadum adportantes. Assem vero ceteres praevertens, ad portam Kedeissi accessit; quam quum praetervveheretur, clamavit: „victoriam duci nunciate; victores enim discedemus, si Deo hoc placet." Deinde ulterius perrexit, quoad glebam in septo deposuit. Quo peracto, ad Saadum reversus est, eique totam rem exposuit, atque adiecit: „laetamini iam! nam Deus claves regni illorum nobis tra-

وجاء أَصْحَابُهُ وجعلوا يَزْدَادُونَ فى كلّ يوم قُوَّةً وَيَزْدَادُ عَدُوُّهُمْ فى كلّ يوم وَهْنًا وَٱشْتَدَّ ما صَنَعَ المسلمون وَصَنَعَ الملك من قَبُولِ ٱلتُّرَابِ على جُلَسَآءِ الملك وَرَاحَ رُسْتَمُ من سَابَاطَ ٱلْمَلِكَ يَسْأَلُهُ عَمَّا كان من أَمْرِهِ وَأَمْرِهِمْ وَكَيْفَ رَآهُمْ وقال الملك ما كُنْتُ أَرَى أَنَّ فى ٱلْعَرَبِ مِثْلَ رِجَالٍ رَأَيْتُهُمْ دَخَلُوا عَلَىَّ وما انتم بِأَعْقَلَ منهم ولا أَحْسَنَ جَوَابًا منهم وَأَخْبَرَهُ بِكَلَامِ مُتَكَلِّمِهِمْ وقال لقد صَدَقَنِى ٱلْقَوْمُ لقد وَعَدَ القوم أَمْرًا وَلَيُدْرِكُنَّهُ أَوْ لَيَمُوتُنَّ عليه عَلَى أَنِّى قد وَجَدْتُ أَفْضَلَهُمْ أَحْمَقَهُمْ لمّا ذكروا الجِزْيَةَ أَعْطَيْتُهُ تُرَابًا فَحَمَلَهُ على رَأْسِهِ فخرج به ولو شاء ٱتَّقَى بغيره وانا لا أَعْلَمُ قال أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ إِنَّهُ لَأَعْقَلُهُمْ وَتَطَيَّرَ الى ذلك وَأَبْصَرَهَا دون اصحابه وَخَرَجَ رُسْتَمُ من عنده كَئِيبًا غَضْبَانًا وكان مُنَجِّمًا كَاهِنًا فَبَعَثَ فى إِثْرِ ٱلْوَفْدِ وقال لِثِقَتِهِ إِنْ أَدْرَكْتَهُمْ تَلَافَيْنَا أَرْضَنَا وَإِنْ أَعْجَزُوكَ سَلَبَكُمُ ٱللّٰهُ أَرْضَكُمْ وَأَبْنَآءَكُمْ فَرَجَعَ الرسول من الحيرة بِفَوَاتِهِمْ فقال ذَهَبَ ٱلْقَوْمُ بِأَرْضِكُمْ غَيْرَ ذِى شَكٍّ ما كان من شَأْنِ ٱبْنِ ٱلْحَجَّامَةِ يَعْنِى ٱلْمَلِكَ ذَهَبَ القوم بمفاتيح أَرْضِنَا وكان ذلك مِمَّا زَادَ ٱللّٰهُ به فَارِسَ غَيْظًا

وَأَغَارَ بَعْدَ ما خَرَجَ ٱلْوَفْدُ الى يَزْدَجَرْدَ الى أَنْ جَآءُوا الى صَيَّادِينَ قد ٱصْطَادُوا سَمَكًا وَسَارَ سَوَادُ بْنُ مَالِكٍ ٱلتَّمِيمِىُّ الى ٱلنِّجَافِ وَٱلْفِرَاضِ الى جَنْبِهَا فَٱسْتَاقَ ثَلَثَمِائَةِ دَابَّةٍ شَتَّى من بَيْنِ بَغْلٍ او حِمَارٍ او ثَوْرٍ وَأَوْقَرُوهَا سَمَكًا وَٱسْتَاقُوهَا فَصَبَّحُوا ٱلْعَسْكَرَ فَقَسَمَ ٱلسَّمَكَ بين الناس سَعْدٌ وَنَفَّلَ ٱلْخُمْسَ إِلَّا ما رُدَّ على المجاهدين منه وَأَسْهَمَ على ٱلسَّبْيِ وهذا يوم ٱلْحِيتَانِ ۞ وَقَدْ كَانَ ٱلْآزَاذْمَرْدُ بْنُ ٱلْآزَاذْبِهِ خَرَجَ فى ٱلطَّلَبِ فَعَطَفَ عليه سَوَادٌ وفارس معه فَقَاتَلَهُمْ على قَنْطَرَةِ ٱلسَّيْلَحِينِ حتى عَرَفُوا أَنَّ الغنيمة قد نَجَتْ ثم ٱتَّبَعُوهَا فَأَبْلَغُوهَا المسلمين وكانوا إِنَّمَا يَقْرَمُونَ الى ٱللَّحْمِ فَأَمَّا ٱلْحِنْطَةُ وَٱلشَّعِيرُ وَٱلتَّمْرُ والحُبُوبُ فكانوا قد ٱكْتَسَبُوا منها ما ٱكْتَفَوْا به وَأَقَامُوا زَمَانًا فكانت السَّرَايَا إِنَّمَا تَسْرِى لِلُّحُومِ وَيُسَمُّونَ أَيَّامَهَا بها من ايام ٱللَّحْمِ يَوْمَ ٱلْأَبَاقِرِ وَيَوْمَ ٱلْحِيتَانِ وَبَعَثَ مَالِكَ بْنَ رَبِيعَةَ بْنِ خَالِدٍ ٱلتَّيْمِىَّ تَيْمَ ٱلرِّبَابِ ثم ٱلْوَالِبِىَّ ومعه ٱلْمُسَاوِرُ بْنُ ٱلنُّعْمَانِ

didit." Mox etiam comites Assemi eo venerunt. Tum indies Moslemi valentiores, hostes vero debiliores facti sunt. Nam quae inter Moslemos ac regem acta erant, ad glebae illius acceptionem pertinentia, familiaribus regis sollicitudinem adferebant. Rustem ex Sâbâta ad regem perrexit, ut ex eo quaereret, quaenam cum iis transegerit, qualesque eos reppererit. Cui rex: „non putaveram, inquit, inter Arabes tales homines exstare, quales me adire vidi; vos enim neque sapientiores illis estis, neque ad respondendum paratiores." Exposuit rex Rustemo, quae orator Arabum dixerat, atque adiecit: „vera illi loquuti sunt. Rem quandam illi promiserunt, quam aut certe perficient, aut in qua perficienda occumbent. Sed tamen principem eorum stolidissimum eorum esse repperi. Nam quum de tributo loquerentur, glebam terrae ei dedi, quam capiti impositam secum abstulit, quanquam, si voluisset, hoc negotium alii cedere potuisset, me quidem inscio." Tum Rustem: „o rex, ille certe eorum sapientissimus fuit!" Tristia ex hac re ominatus est, quoniam altius quam ceteri eam perspiciebat. Itaque perturbatus ac succensens a rege discessit Rustem, qui astrologus atque hariolus erat. Homines emisit, qui legatos Arabes persequerentur, cuidamque suo familiari dixit: „si illos adsequeris, terram nostram recuperabimus; sin illi evadunt, terram filiosque Deus vobis adimet." Sed qui emissus fuerat, ex El hira reversus, illos evasisse retulit. Quo cognito, Rustem: „secum abstulerunt, inquit, illi terram nostram sine dubio; quantum ea adtinet, quae ad filium feminae chirurgae pertinent," quibus verbis regem perstringebat „claves terrae nostrae illi secum asportarunt." Quae res ex iis fuit, quibus Deus Persas maiori ira incendit.

Posteaquam legati ad Iesdedscherdum profecti erant, Saad excursores emisit, qui in piscatores quosdam inciderunt, qui modo pisces ceperant. Itaque Sewâd ben mâlek Temîmita ad Ennidschâfam perrexit, ad cuius latus El firâda sita est, trecentaque iumenta coegit varia, quum mulos, tum asinos bovesque; quae piscibus onusta propulerunt, multoque mane ad castra perduxerunt. Tum Saad pisces inter milites dispertivit, partemque quintam pro manubiis dedit, iis exceptis, quae ex ea dimicantibus tributa sunt; distributionem captivorum sorti commisit. Quem diem vocarunt diem piscium. El asâdsmerd ben el asâdsubeh quidem egressus erat, Moslemos persequuturus; sed ei occurrit Sewâd, equitem unum secum habens. Qui ad pontem Esseilachûni adversus Persas dimicavit, quod praedam illam iam in tuto positam esse cognovit. Tum eam sequuti, ad Moslemos eam perduxerunt. Carnis tantum desiderio tenebantur; nam ex tritico, hordeo, dactylis, baccisque, tantum comparaverant, quantum satis erat. Itaque, quum per aliquod tempus illo loco subsisterent, excursores ad carnes tantum conquirendas emissi sunt. Dies vero, quibus, illo loco commorantes, carnes consequuti sunt, diem boum ac diem piscium vocarunt. Deinde Saad emisit Mâlekum ben rebîa ben châled Teimitam, ortum tribu Teim erribâb, cui adiunctus est El mussâwir ben ennoomân Teimita, deinde Rebiita, cum turma excursorum

ٱلتَّيْمِىُّ ثم ٱلرَّبِيعِىُّ فى سَرِيَّةٍ أُخْرَى فَأَغَارَا على ٱلْفَيُّومِ فَأَصَابَا إِبِلًا لِبَنِى تَغْلِبَ وَٱلنَّمِرِ فَشَلَّاهَا وَمَنْ فيها فغَدَوْا بها على سَعْدٍ فَنُحِرَتِ ٱلْإِبِلُ فى الناس وَأَخْصَبُوا وَأَغَارَ على ٱلنَّهْرَيْنِ عَمْرُو بْنُ ٱلْحَرِثِ فَوَجَدُوا على باب ثَوْرَآء مَوَاشِىَ كَثِيرَةً فَسَلَكُوا أَرْضَ شِيرَى وهى اليوم نَهْرُ زِيَادٍ حتى أَتَوْا بها العسكر وقال عَمْرٌو ليس بها يَوْمَئِذٍ إِلَّا نَهْرَانِ وكان بين قُدُومِ خَالِدٍ ٱلْعِرَاقَ وَنُزُولِ سَعْدٍ ٱلْقَادِسِيَّةَ سَنَتَانِ وَشَىْءٌ وكان مَقَامُ سَعْدٍ بها شَهْرَيْنِ وَشَىْءٌ حتى ظَفِرَ قال وَٱلْإِسْنَادُ ٱلْأَوَّلُ وكان من حَدِيثِ فَارِسَ وَٱلْعَرَبِ بَعْدَ ٱلْبُوَيْبِ أَنَّ ٱلْأَنُوشَجَانَ بْنَ ٱلْهِرْبِذِ خَرَجَ من سَوَادِ ٱلْبَصْرَةِ يُرِيدُ أَهْلَ غُضَىٰ فَٱعْتَرَضَهُ أَرْبَعَةُ نَفَرٍ على أَفْنَآء تَمِيمٍ وَهُمْ بِإِزَآئِهِمْ ٱلْمُسْتَوْرِدُ وهو على ٱلرِّبَابِ وَعَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ زَيْدٍ يُسَانِدُ ٱلرِّبَابَ بينهما وَجَزْءُ بْنُ مُعَاوِيَةَ وَٱبْنُ ٱلنَّابِغَةِ يُسَانِدُهُ سَعْدٌ بينهما والحَسَنُ بْنُ نِيَارٍ وَٱلْأَعْوَرُ بْنُ بَشَامَةَ يُسَانِدُهُ على عَمْرٍو والحُصَيْنُ بْنُ مَعْبَدٍ وَٱلشَّبَهُ على حَنْظَلَةَ فَقَتَلُوهُ دونهم وَقَدِمَ سَعْدٌ فَٱنْضَمُّوا اليه هم وَأَهْلُ غُضَىٰ وَجَمِيعُ تِلْكَ ٱلْفِرَقِ

alia. Qui in El fejjûmam incursantes, camelis quorundam Taglebitarum ac Namiritarum potiti sunt, eosque cum hominibus, qui apud eos aderant, secum abduxerunt. Primo mane quum ad Saadum cum praeda pervenissent, cameli in usum militum mactati sunt; quo facto, carne adfluebant. Amr ben hâreth vero in Ennahrân incursionem fecit, ubi milites ad portam Tauràno pecora multa invenerunt; itaque, per terram Sehîra, quae hoc tempore Nahr sijâd vocatur, transeuntes pecora illa ad castra traduxerunt. Dixit Amr: „illo tempore ibi non reperiebantur nisi flumina duo." Inter Châledi adventum in El irâkam primum, castraque ab eo ad El kâdessijjam posita biennium, et quod excurrit, interfuit. Commeratus est hoc loco menses duos et quod excurrit; quibus exactis, victoriam adeptus est. Tradidit idem haec, ad magistros primo loco commemoratos provocans: ex iis, quae inter Persas atque Arabes post proelium Boweibense gesta sunt, hoc quoque fuit, quod El anûschedschân ben el hirbids ex Sewâda Basrensi prodiit, exercitum Guddeusem petens. Cui homines quattuor, Efusîtis Temimitarum praefecti, occurrerunt, qui e regione illorum consederant, id est El mostawrid, qui Ribâbitis praeerat, quibus Abd alla ben seid succurrebat, inter utramque partem interpositus, ac Dschesa ben moâwije, atque Ebn ennâbiga, cui Saad succurrebat, inter utramque partem interpositus, atque El hassân ben nijâr, cui El awar ben beschâma succurrebat, qui Amritis praeerat, atque El hossain ben maabed atque Esschabah, qui Handalitis praeerant. Quem quidem interfecerunt solum. Quum vero Saad eo accessisset, homines illi, atque exercitus Guddensis, haeque cohortes omnes ei sese adiunxerunt.

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ وَعَمْرٍو بِإِسْنَادِهِمْ قالوا وَعَجَّ أَهْلُ ٱلسَّوَادِ الى يَزْدَجَرْدَ بْنِ شَهْرِيَارَ وَأَرْسَلُوا اليه إِنَّ ٱلْعَرَبَ قد نَزَلُوا ٱلْقَادِسِيَّةَ بِأَمْرٍ ليس يُشْبِهُ إِلَّا ٱلْحَرْبَ وَإِنَّ فِعْلَ ٱلْعَرَبِ مُذْ نَزَلُوا ٱلْقَادِسِيَّةَ لا يَبْقَى عليه شَىْءٌ وقد أَخْرَبُوا ما بينهم وبين ٱلْفُرَاتِ وليس فيما هنالك أَنِيسٌ إِلَّا فى الحصون وقد ذَهَبَ ٱلدَّوَابُّ وَكُلُّ شَىْءٍ لم يَحْتَمِلْهُ الحصون من ٱلْأَطْعِمَةِ ولم يَبْقَ إِلَّا أَنْ يَسْتَنْزِلُوا فَإِنْ أَبْطَأَ عَنَّا ٱلْغِيَاثُ أَعْطَيْنَاهُمْ بِأَيْدِينَا وَكَتَبَ اليه بذلك الملوك الذين لهم ٱلضِّيَاعُ بِٱلطَّفِّ وَأَعَانُوهُمْ عليه وَهَيَّجُوهُ على بَعْثِهِ رُسْتَمَ وَلَمَّا بَدَا لِيَزْدَجَرْدَ أَنْ يُرْسِلَ رُسْتَمَ أَرْسَلَ اليه فدخل عليه فقال له إِنِّى أُرِيدُ أَنْ أُوَجِّهَكَ فى هذا ٱلْوَجْهِ وَإِنَّمَا يُعَدُّ لِلْأُمُورِ على قَدْرِهَا وَأَنْتَ رَجُلُ أَهْلِ فَارِسَ ٱلْيَوْمَ وقد تَرَى ما جَاءَ أَهْلَ فَارِسَ من أَمْرٍ لم يَأْتِهِمْ مِثْلُهُ مُنْذُ وَلِىَ آلُ أَرْدَشِيرَ فَأَرَاهُ أَنْ قد قَبِلَ منه وَأَثْنَى عليه فقال له الملك قد أُحِبُّ أَنْ أَنْظُرَ فيما لَدَيْكَ لِأَعْرِفَ ما عِنْدَكَ فَصِفْ لى ٱلْعَرَبَ وَفِعْلَهُمْ مُنْذُ نَزَلُوا ٱلْقَادِسِيَّةَ وَصِفْ لى العجم وما يَلْقَوْنَ منهم فقال رُسْتَمُ صِفَةُ ذِئَابٍ صَادَفَتْ غِرَّةً من رُعَاةٍ وَأَفْسَدَتْ فقال ليس كذلك إِنِّى إِنَّمَا سَأَلْتُكَ رَجَاءَ أَنْ تُعْرِبَ صِفَتَهُمْ فَأُقَوِّيَكَ لِتَعْمَلَ على قَدْرِ ذلك فَلَمْ تُصِبْ فَٱفْهَمْ عَنِّى إِنَّمَا مَثَلُهُمْ وَمَثَلُ أَهْلِ فَارِسَ مَثَلُ عُقَابٍ أَوْفَى على جَبَلٍ يَأْوِى اليه ٱلطَّيْرُ بالليل فَتَبِيتُ فى سَفْحِهِ فى اوكارها فلمّا أَصْبَحَتْ تَجَلَّتِ ٱلطَّيْرُ فَأَبْصَرَتْهُ يَرْقُبُهَا فَإِنْ شَذَّ منها شَىْءٌ ٱخْتَطَفَهُ فلمّا أَبْصَرَتْهُ ٱلطَّيْرُ لم تَنْهَضْ من مَخَافَتِهِ وَجَعَلَتْ كُلَّمَا شَذَّ منها طَائِرٌ ٱخْتَطَفَهُ فَلَوْ نَهَضَتْ نَهْضَةً وَاحِدَةً رَدَّتْهُ وَأَشَدُّ شَىْءٍ

### *Caput vicesimum septimum.*

### *Rustem ad El kâdessijjam versus proficiscitur.*

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede ac Talcha, Amroque ea comperterat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: auxilium postularunt incolae provinciae Sewâdensis ab Iesdedscherdo ben schehrijâr, hoc nuntio misso: „Arabes ad El kâdessijjam consederunt, ad nihil, nisi ad bellum, intenti. Tales illi Arabes se gesserunt, ex quo ad El kâdessijjam consederunt, ut nulla eorum impetum effugiat res. Regionem inter ipsos atque Euphratem sitam ita vastaverunt, ut in illis terris nullus homo supersit, nisi qui in castellis inclusi sunt. Ablata sunt pecora, alimentaque cetera omnia, quaecunque in castella deportari non potuerunt. Nihil iam restat, nisi ut Arabes in hospitium recipiantur. Itaque, si auxilium serum adfertur, nostris manibus bona nostra tradenus Arabibus." Eadem Iesdedscherde etiam principes scripserunt, qui praedia habebant in ripa amnis sita, ceterorum precibus accedentes, regemque incitantes, ut Rustemum emitteret. Iesdedscherd vero, simul ut constituit, ut Rustemum hosti opponeret, hunc ad se advocavit. Qui quum accessisset: „te in illam regionem mittere, inquit, mihi visum est; nam rebus consulitur, prout ipsae postulant. Tu hoc tempore fortissimus Persarum es, satisque percepisti, quaenam Persis iam supervenerint res; quales quidem iis non supervenerant ex quo gens Ardeschiri regno praefuit." Rustem, se hoc officium suscepturum esse, regi significavit, laudesque ei dixit. Tum rex illi: „animum tuum, inquit, explorare velim, ut cognoscam, quae mediteris. Igitur Arabes mihi describe, eaque, quae illi fecerunt ex quo ad El kâdessijjam consederunt, atque Persas quoque mihi describe, quaeque hi ab illis patiuntur." Rustem vero: „lupos illos describo, qui, dum pastores socordes sunt, gregem invadunt ac diripiunt." Cui rex: „ita res se non habet. Te hoc interrogavi, sperans fore, ut adcurate eos describeres, teque ita confirmarem, ut ea agas, quae res postulat. Sed non recte dixisti; itaque a me hoc cognosce. Arabes atque Persae iam aquilae similes sunt, quae supra montem fertur, ad quem noctu aves devertunt, ut in ipsius latere pernoctent, nidis conditae. Primo diluculo aves capita extollunt, aquilamque conspiciunt sibi insidiantem, ut, quaecunque earum evolet, eam statim corripiat. Quo viso, aves prae metu non exsurgunt; si vero singula evolat, aquila eam abripit. Quodsi omnes

فى ذلك أَنْ يَنْجُوا كُلُّهَا إِلَّا وَاحِدًا وَإِنِ ٱخْتَلَفَتْ لم تَنْهَضْ فِرْقَةٌ إِلَّا هَلَكَتْ فهذا مِثْلُهُمْ ومثل الاعاجم فَٱعْمَلْ على قَدْرِ ذٰلِكَ * فَقَالَ له رُسْتَمُ أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ دَعْنِي فَإِنَّ ٱلْعَرَبَ لا تَزَالُ تَهَابُ العَجَمَ ما ضَرَّيْتُهُمْ بى وَلَعَلَّ ٱلدَّوْلَةَ أَنْ تَثْبُتَ بى فَيَكُونَ اللّه قد كَفَى وَنَكُونَ قد أَصَبْنَا ٱلْمَكِيدَةَ وَرَأْىَ الحَرْبِ فَإِنَّ ٱلرَّأْىَ لَبِهَا وَٱلْمَكِيدَةُ أَنْفَعُ من بَعْضِ ٱلظَّفَرِ فَأَبَى عليه وقال أَىُّ شَىْءٍ بَقِىَ فقال رُسْتَمُ إِنَّ ٱلْأَنَاةَ فى الحرب خَيْرٌ من ٱلْعَجَلَةِ وَلِلْأَنَاةِ ٱلْيَوْمَ مَوْضِعٌ وَقِتَالُ جَيْشٍ بَعْدَ جَيْشٍ أَمْثَلُ مِنْ هَزِيمَةٍ بِمَرَّةٍ وَأَشَدُّ على عَدُوِّنَا فَلَجَّ وَأَبَى فَخَرَجَ حتى ضَرَبَ عَسْكَرَهُ بِسَابَاطَ وجعلت تَخْتَلِفُ الى الملك ٱلرُّسُلُ لِيَرَى مَوْضِعًا لِإِعْفَائِهِ وَبَعْثِهِ غَيْرَهُ ويجتمع اليه الناس وَجَاءَ ٱلْعُيُونُ الى سَعْدٍ بذلك من قِبَلِ الحِيرَةِ وَبَنِى صَلُوبَا وَكَتَبَ الى عُمَرَ بذلك ولمّا كَثُرَتِ ٱلْاِسْتِغَاثَةُ على يَزْدَجِرْدَ من أَهْلِ ٱلسَّوادِ على يَدَىِ ٱلْآزَاذْمَرْدِ بْنِ ٱلْآزَاذْبِهِ خَشَعَتْ نَفْسُهُ وَٱتَّقَى الحَرْبَ بِرُسْتَمَ وَتَرَكَ ٱلرَّأْىَ وكان ضَيِّقًا لَجُوجًا فَٱسْتَحَثَّ رُسْتَمَ وَأَعَادَ عليه رُسْتَمُ ٱلْقَوْلَ فقال أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ لَقَدِ ٱضْطَرَّنِى تَضْيِيعُ ٱلرَّأْىِ الى إِعْظَامِ نفسى وتزكيتها ولو أَجِدُ من ذلك بُدًّا لم أَتَكَلَّمْ به فَأَنْشُدُكَ ٱللّٰهَ فى نفسك واهلك وَمُلْكِكَ دَعْنِى أُقِمْ بِعَسْكَرِى وَأُسَرِّحِ الجَالِنُوسَ فَإِنْ تَكُنْ لنا فذلك والّا فَأَنَا على رِجْلٍ وَأَبْعَثُ غَيْرَهُ حتى اذا لم نَجِدْ بُدًّا ولا حِيلَةً صَبَرْنَا لهم وقد وَهَنَّاهُمْ وَحَسَرْنَاهُمْ ونحن جَامُّونَ فَأَبَى إِلَّا أَنْ يَسِيرَ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلنَّضْرِ بْنِ ٱلسَّرِىِّ ٱلضَّبِّىِّ عن ابْنِ ٱلرُّفَيْلِ عن ابيه قال لَمَّا نَزَلَ رُسْتَمُ بِسَابَاطَ وَجَمَعَ آلَةَ الحَرْبِ وَأَدَاتَهَا بَعَثَ على مُقَدِّمَتِهِ الجَالِنُوسَ فى أَرْبَعِينَ أَلْفًا وقال ٱزْحَفْ زَحْفًا ولا تَنْجَذِبْ إِلَّا بِأَمْرِى وَٱسْتَعْمَلَ على مَيْمَنَتِهِ ٱلْهُرْمُزَانَ بْنَ بَهْرَامَ ٱلرَّازِىَّ وعلى سَاقَتِهِ ٱلْبَنْدُوَانَ وقال رُسْتَمُ لِيُشَجِّعَ ٱلْمَلِكَ إِنْ فَتَحَ ٱللّٰهُ علينا ٱلْقَوْمَ فهو خَلَاصُنَا ثم وَجَّهْنَا الى مُلْكِهِمْ فى دارهم حتى نَشْغَلَهُمْ فى أَصْلِهِمْ

uno impetu se efferrent, aquilam propulsurae essent. In qua re hoc maxime dolendum est, quod, si illud facerent, eriperentur omnes, una excepta; iam vero, si in partes plures discedunt, ne ulla quidem pars earum evolat, quin pereat. Sic quidem illorum hominum Persarumque res se habet. Itaque quae haec res postulat, ea perfice." Tum Rustem regi respondit haec: „o rex, sine, ut agam quod mihi visum est. Arabes enim timebunt Persas quamdiu, ut foras eos eliciam, enitar. Quam ob rem hoc modo fortasse fiet, ut prospere res mihi procedat, Deusque nos tueatur, atque sic artificio apto utamur, consilioque huic expeditioni accommodatissimo. Nam consilium in artificio positum est, atque interdum fit, ut artificium magis prosit quam victoria." Rex vero, respuens haec, „quid est, inquit, quod supersit?" Cui Rustem: „cunctatio in bello gerendo utilior est quam festinatio, atque hoc certe tempore cunctandi occasio data est. Si singula agmina deinceps profligamus, gravius eos hoc adficiet quam clades uno tempore iis illata, acerbiusque illud ferent." Sed pertinaciter haec reiecit rex. Itaque Rustem inde discessit, castraque ad Sâbâtam posuit. Tum legati varii regem adire coeperunt, qui hoc efficere volebant, ut Rustemo illud munus abrogaret, hominemque alium mitteret, multique ad eum confluxerunt homines. De qua re exploratores ab Hirensibus ac gente Salûbae missi Saadum certiorem fecerunt, qui haec Omaro scripsit. Mox vero, quum clamitationes Sewâdensium vehementiores per El âsâdsumerdum ben el asâdsubeh ad Iesdedscherdum perferentur, rex valde commotus est, belloque illi Rustemum opponere voluit; firmiter igitur in proposito perstitit, quum angusto animo, ac litigioso esset, Rustemumque ad progrediendum incitavit. Hic vero iterum exponens, quae sibi videbantur: „o rex, inquit, quum consilium spernatur, ut meam sententiam praehabeam, eamque sequar, iam cogor; quod si omittere possem, silentio rem premerem. Itaque per Deum iam te obsecro, ut tui ipsius, familiae tuae, regnique tui servandi causa, mihi permittas, ut in castris subsistam, Gâlenûssum vero emittam. Tum si res feliciter procedit, bene nobis erit. Sin minus, paratissimus statim emittam alium, quoad denique, si nulla ratione, neque artificio ullo, proelium vitari potest, hostibus occurramus debilitatis iam, vexatisque, integri." Sed Iesdedscherd nihil consilii probavit, nisi ut ille in iter se daret.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Ennadr ben essurri ea compererat, cui ab Ebn errokail narrata fuerant, qui a patre ea cognoverat. Qui dixit: Rustem, quum ad Sâbâtam consedisset, ac belli instrumenta et apparatum coegisset, Gâlenûssum emisit, primo agmini praefectum, cum quadraginta millibus, eique dixit: „procede sensim, cavetoque, ne festines, nisi me iubente." Alae dextrae El hormosânum ben behrâm Rejjensem praefecit, postremo agmini El bendsuwânum. Ut vero regi fiduciam adferret, Rustem: „si Deus hoc nobis tribuit, inquit, ut hanc gentem profligemus, ex hoc periculo evademus. Deinde in illorum fines ac mansiones invademus, in ipsorum solo natali atque agris

وبلادهم الى أَنْ يُقْتَتَلوا إن أَبَوْا ٱلْمُسَالَمَةَ أَوْ يَرْضَوْا بما كانوا يَرْضَوْنَ به فلمّا قدمتْ وُفُودُ سَعْدٍ على ٱلْمَلِكِ ورجعوا من عنده رَأَى رُسْتَمُ فيما يَرَى ٱلنَّائِمُ رُؤْيَا فكرهها وَأَحَسَّ بِٱلشَّرِّ وَكَرِهَ لها ٱلخُرُوجَ وَلِقَاءَ ٱلْقَوْمِ وَٱخْتَلَفَ عليه رَأْيُهُ وَٱضْطَرَبَ وَسَأَلَ ٱلْمَلِكَ أَنْ يُمْضِيَ ٱلجَالِنُوسَ وَيُقِيمَ حتى يَنْظُرَ ما يَصْنَعُونَ وقال إِنَّ غَنَاءَ ٱلجَالِنُوسِ كَغَنَائِي وَإِنْ كان ٱسْمِي أَشَدَّ عليهم مِنِ ٱسْمِهِ فَإِنْ ظَفِرَ فهو الذى نُرِيدُ وَإِنْ يَكُنِ ٱلأُخْرَى وَجَّهْتُ مِثْلَهُ وَدَفَعْنَا هَؤُلَاءِ ٱلْقَوْمَ الى يَوْمٍ مَا فَإِنِّي لا أَزَالُ مَرْجُوًّا فى اهل فَارِسَ ما لم أُهْزَمْ وينتشطون ولا أَزَالُ مَهِيبًا فى صُدُورِ ٱلْعَرَبِ ولا يزالون يهابون ٱلإِقْدَامَ ما لم أُبَاشِرْهُمْ فَإِنْ بَاشَرْتُهُمْ بِهِمْ ٱجْتَرَءُوا آخِرَ دَهْرِهِمْ وَٱنْكَسَرَ أَهْلُ فَارِسَ آخِرَ دَهْرِهِمْ فَبَعَثَ مُقَدِّمَتَهُ أَرْبَعِينَ أَلْفًا وَخَرَجَ فى سِتِّينَ أَلْفًا وَسَاقَتُهُ فى عِشْرِينَ أَلْفًا ❋ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمّد وَطَلْحَةَ وَزِيَادٍ وَعَمْرٍو بِإِسْنَادِهِمْ قالوا وَخَرَجَ رُسْتَمُ فى عِشْرِينَ وَمِائَةِ أَلْفٍ كُلُّهُمْ مَتْبُوعٌ وكانوا بِأَتْبَاعِهِمْ أَكْثَرَ من مِائَتَيْ أَلْفٍ وَخَرَجَ من ٱلْمَدَائِنِ فى سِتِّينَ أَلْفَ مَتْبُوعٍ ❋ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن هِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ عن ابيه عن عَائِشَةَ أَنَّ رُسْتَمَ زَحَفَ بِسَعْدٍ وهو بالقادسيّة فى سِتِّينَ أَلْفَ مَتْبُوعٍ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمّد وَطَلْحَةَ وَزِيَادٍ وَعَمْرٍو بِإِسْنَادِهِمْ قالوا لَمَّا أَبَى ٱلْمَلِكُ إِلَّا ٱلسَّيْرَ كَتَبَ رُسْتَمُ الى أَخِيهِ والى رُؤُوسِ اهل بلاده مِنْ رُسْتَمَ الى ٱلْبِنْدُوَانِ مَرْزُبَانِ ٱلْبَابِ وَسَهْمِ أَهْلِ فَارِسَ الذى كان لِكُلِّ كَوْنٍ يَكُونُ فَيَفُضُّ اللّه به كُلَّ جُنْدٍ عَظِيمٍ شَدِيدٍ ويفتح به كُلَّ حِصْنٍ حَصِينٍ وَمَنْ يَلِيهِ فَرُمُّوا حُصُونَكُمْ وَأَعِدُّوا وَٱسْتَعِدُّوا فَكَأَنَّكُمْ بِٱلْعَرَبِ وقد وَرَدَتْ بِلَادَكُمْ وَقَارَعُوكُمْ عن أَرْضِكُمْ وَأَبْنَائِكُمْ وقد كان من رَأْيِي مُدَافَعَتُهُمْ وَمُطَاوَلَتُهُمْ حتى تَعُودَ نُحُوسًا فَأَبَى ٱلْمَلِكُ ❋ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلصَّلْتِ بْنِ بَهْرَامَ عن رَجُلٍ أَنَّ يَزْدَجِرْدَ لَمَّا أَمَرَ رُسْتَمَ بالخُرُوجِ من

eos vexaturi, quoad aut deleantur, si pacificari nolunt, aut ad conditiones certas descendant." Postcaquam homines ab Saado legati regem visitaverant, atque ab eo reversi erant, Rustem somnium, quale dormientes cernere solent, quoddam vidit, quod ipsi displicuit; itaque sinistra timens, prodire noluit, neque in Arabes invadere. Quum iam incerto animo, atque perturbato, esset, ab rege petiit, ut hoc sibi concederet, ut Gâlenûssum emitteret, ipse vero in castris subsisteret exspectans, quae hostes facturi essent. Addiditque haec: „quae efficere possum, eadem efficere potest Gâlenûs, quamvis nomen meum magis quam illius nomen reformident. Nam si ille victoria potitur, nanciscemur quae in votis sunt. Sin minus, hominem alium emittam, atque ita fiet, ut hanc gentem per aliquod tempus saltem depellamus. Spem enim in me ponent Persae, quamdiu non profligor, exspectabuntque; Arabum animo vero ita terribilis videbor, ut a progrediendo desistant, quamdiu cum iis non congredior. Sed si cum iis congredior, in omne tempus superiores fient, Persae vero in omne tempus opprimentur." Atque mox Rustem primum agmen emisit, cuius numerus quadraginta millia explebat; ipse cum sexaginta millibus iter ingressus est; postremum agmen viginti millia efficiebant. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui haec compererat ex Mohammede, et Talcha, et Sijâdo, atque Amro, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: prodiit Rustem cum centum et viginti millibus militum, quorum quisque comitatus erat, ita ut cum comitibus ducenta millia excederent. Ex El madâïna cum sexaginta millibus militum comitatorum egressus est. Haec ad me scripsit Essurrri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Heschâm ben urwa ea cognoverat, cui a patre narrata fuerant, qui ex Aïscha ea audiverat: Rustem adversus Saadum, apud El kâdessijjam constitutum, cum sexaginta millibus militum comitatorum prodiit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, et Talcha, et Sijâdo, atque Amro, compererat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: quum rex nihil nisi iter contra Arabes comparandum permittere vellet, Rustem ad fratrem, hominesque suae terrae primarios, has litteras misit: „Ab Rustemo ad El bendsuwânum, portae praesidem, Persarum telum, qui unicuique rei prospicit, atque adiuvante Deo quodvis agmen, quamvis ingens forteque, profligat, quodvisque castellum, quamvis munitum, expugnat, atque ad homines ipsi vicinos, haec dantur. Reconcinnate iam castella vestra, adparatum belli conquirite, paratique estote. Nam Arabes vobis quasi instant. In fines vestros iam invaserunt, atque agros et filios vobis eripiunt. Ego quidem conducere arbitror, sensim eos depellere cunctando, quoad recedant, re male gesta. Sed haec respuit rex." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Essalto ben behrâm ea compererat, cui ab quodam homine narrata fuerant. Rustem, quum Iesdedscherd

نَابَاطَ كَتَبَ الى أَخِيهِ بِنَحْوٍ من الكتاب الاوّل وَزَادَ فيه إِنَّ ٱلسَّمَكَةَ قد كَدِرَتْ وَإِنَّ ٱلنَّعَائِمَ قد حَسُنَتْ وَحَسُنَتِ ٱلزُّهَرَةُ وَٱعْتَدَلَ ٱلْمِيزَانُ وَذَهَبَ بَهْرَامُ ولا أَرَى هٰؤُلَآءِ ٱلْقَوْمَ الّا سَيَظْهَرُونَ وَيَسْتَوْلُونَ على ما يَلِينَا وَإِنَّ أَشَدَّهَا رَأَيْتُ أَنَّ ٱلْمَلِكَ قال لَتَسِيرَنَّ اليهم أَوْ لَأَسِيرَنَّ اليهم انا بِنَفْسِي فَأَنَا سَائِرٌ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلنَّضْرِ بْنِ ٱلسَّرِيِّ عن ٱبْنِ ٱلرُّفَيْلِ عن ابيه قال كان الذى جَرَّى يَزْدَجَرْدَ على إِرْسَالِ رُسْتَمَ غُلَامُ جَابَانَ مُنَجِّمِ كِسْرَى وكان من اهل فُرَاتِ بَادَقْلَى فَأَرْسَلَ اليه فقال ما تَرَى فى مَسِيرِ رُسْتَمَ وَحَرْبِ ٱلْعَرَبِ ٱلْيَوْمَ فَخَافَهُ على ٱلصِّدْقِ فَكَذَبَهُ وكان رُسْتَمُ يَعْلَمُ نَحْوًا من عِلْمِهِ فَثَقُلَ عليه مَسِيرُهُ لِعِلْمِهِ وَزَحَفَ على الغلام ٱلْمَلِكُ لَمَّا غَرَّهُ منه وقال إِنِّي أُحِبُّ أَنْ تُخْبِرَنِي بِشَيْءٍ أَرَاهُ أَطْمَئِنُّ له نفسى إِلَى قَوْلِكَ فقال الغلام لِزُرْنَا ٱلْهِنْدِيِّ أَخْبِرْهُ فقال سَلْنِي فَسَأَلَهُ فقال أَيُّهَا ٱلْمَلِكُ يُقْبِلُ طَائِرٌ فَيَقَعُ على إِيوَانِكَ فَيَقَعُ منه شَيْءٌ فى فيه هاهنا وَخَطَّ دَارَةً فقال العبد صدق وَٱلطَّائِرُ غُرَابٌ والذى فى فيه دِرْهَمٌ وَبَلَغَ جَابَانَ أَنَّ ٱلْمَلِكَ طَلَبَهُ فَأَقْبَلَ حتى دخل عليه فَسَأَلَهُ عن ما قال غُلَامُهُ فَحَسَبَ فقال صَدَقَ وَلَمْ يُصِبْ هو عَقْعَقٌ والذى فى فيه دِرْهَمٌ فَيَقَعُ منه على هذا المكان وَكَذَبَ زُرْنَا يَنْزُو ٱلدِّرْهَمُ فَيَسْتَقِرُّ هاهُنَا وَدَوَّرَ دَارَةً أُخْرَى فما قاموا حتى وَقَعَ على ٱلشُّرُفَاتِ عَقْعَقٌ فَسَقَطَ منه الدرهم فى ٱلْخَطِّ ٱلْأَوَّلِ فَنَزَا فَٱسْتَقَرَّ فى ٱلْخَطِّ ٱلْآخَرِ وَنَافَرَ ٱلْهِنْدِيُّ جَابَانَ حَيْثُ خَطَّأَهُ فَأُتِيَ بِبَقَرَةٍ نَتُوجٍ فقال ٱلْهِنْدِيُّ سَخْلَتُهَا غَرَّآءُ سَوْدَآءُ فقال جابان كَذَبْتَ بَلْ سَوْدَآءُ سَفْعَآءُ فَنُحِرَتِ ٱلْبَقَرَةُ فَٱسْتُخْرِجَتْ سَخْلَتُهَا فاذا ذَنَبُهَا بين عينيها فقال جابان مِنْ هاهُنَا أُتِيَ زُرْنَا وَشَجَّعَاهُ على إِخْرَاجِ رُسْتَمَ فَأَمْضَاهُ ۞ وَكَتَبَ جَابَانُ الى جُشْنَسْمَاهَ إِنَّ أَهْلَ فَارِسَ قد زال أَمْرُهُمْ وَأُدِيلَ عَدُوُّهُمْ وَذَهَبَ مُلْكُ ٱلْمَجُوسِيَّةِ وَأَقْبَلَ مُلْكُ ٱلْعَرَبِ وَأُدِيلَ دِينُهُمْ فَٱعْتَقِدْ منهم ٱلذِّمَّةَ

ex Sâbâta ultra progredi ipsum iussisset, litteras ad fratrem misit, prioribus similes; haec vero addidit: „pisces obscuratus est, ligna transversaria vero fulgent, fulgetque stella veneris, libra utrimque aequa stat, abiitque stella martis. Populum illum victorem discessurum esse suspicor, rebusque, quae nobis sunt, potiturum esse. Longe gravissimum vero esse censeo, quod rex dixit: „aut contra illos proficisceris, aut proficiscar ipse." Quam ob rem iam iter ingrediar."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Ennadr ben essurri ea cognoverat, cui ab Ebn errokail narrata fuerant, qui ex patre ea audiverat. Qui dixit: Iesdedscherdum, ut Rustemum emitteret, servus quidam Dschâbâni, astrologi Chosrois, adduxit, ab accolis Euphratis Bâdeklensis oriundus. Cui ad se advocato rex: „quid sentis de profectione Rustemi, belloque Arabibus nunc inferendo?" Servus, quum vera profiteri reformidaret, regi mentitus est. Rustemo vero, qui eandem, quam servus, astrorum scientiam habebat, profectio sua, propter ea quae sciebat, valde displicuit. Rex, posteaquam eum servus ille in errorem induxerat, ad illum accedens: „vellem, rem quandam mihi significares, quam mox conspecturus sim, ut hoc me adducat, ut verbis tuis fidem adiiciam." Servus vero dixit Surnae, Indo: „tu hanc rem significa!" Itaque Surna: „a me hoc quaere!" Tum ab eo rem quaesivit rex. Surna: „o rex, inquit, advolabit huc avis quaedam, seque in palatium tuum demittet; quo facto, res quaedam, quam illa rostro tenet, hunc in locum decidet;" quibus dictis circulum in solo scripsit. Tum servus: „vera ille dixit; avis autem illa corvus est, resque illa, quam rostro tenet, est dirhemus." Dschâbân, quum a rege se citari cognovisset, ad regem perrexit. Ad quem quum intrasset, rex ab eo quaesivit, quae de iis, quae ipsius servus dixerat, sentiret. Dschâbân, post computationem confectam: „vera dixit, inquit, sed non satis adcurate. Avis illa est pica; quod rostro tenet, dirhemus est, qui in hunc locum decidet. Sed tamen mentitus est Surna. Nam dirhemus inde exsiliet, ac denique huc recidet;" quibus dictis, circulum alium in solo scripsit. Atque mox, quum nondum illi inde discessissent, in pinnas arcis se demisit pica, ex qua dirhemus in circulum primum decidit, inde resiliens vero in circulum alterum recidit. Tum Indus, ut Dschâbânum, qui ipsum erroris arguerat, iam superaret, vaccam pariendi tempori proximam adduxit, dixitque: „fetus eius est niger, maculam albam in fronte habens." Dschâbân vero: „mentiris; nam niger est, signis notatus." Tum, vacca mactata, fetum protraxerunt, qui caudam habebat inter oculos positam. Quo conspecto, Dschâbân: „ab hac quidem parte, inquit, petam Surnam." Hoc modo Dschâbân, eiusque servus, Iesdedscherdo suaserunt, ut Rustemum emitteret. Itaque rex iter ingredi eum iussit. Dschâbân vero Dschischuismâho scripsit haec: „dignitas illa, quam Persae nacti erant, iamiam concidit, atque in hostes eorum transfertur. Abit imperium Magorum, advenitque imperium Arabum, superiorque fit eorum religio. Itaque in clientelam eorum te confer,

ولا تَخْلُبَنَّكَ ٱلْأُمورُ وٱلْتَجَلْ وٱلْعَجَلْ قَبْلَ أَنْ تُؤْخَذَ فلَمَّا وَقَعَ الكتاب اليه خَرَجَ جِشْنِسْمَاهُ اليهم حتى أَتَى ٱلْمُعَنَّى وهو فى خَيْلٍ بِٱلْعَتِيقِ وَأَرْسَلَهُ الى سَعْدٍ فَٱعْتَقَدَ منه على نَفْسِهِ وَأَهْلِ بَيْتِهِ وَمَنِ ٱسْتَجَابَ له وَرَدَّهُ وكان صَاحِبَ أَخْبَارِهِمْ وَأَهْدَى لِلْمُعَنَّى فَالُوذَقَ فقال لِٱمْرَأَتِهِ ما هذا فقالت أَظُنُّ ٱلْيَابِسَةَ ثُمَّ إِنَّ ٱمْرَأَتَهُ أَزَاغَتِ ٱلْعَصِيدَةَ فَأَخْطَأَتْهَا فقال ٱلْمُعَنَّى بُؤْسًا لَهَا

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ وَزِيَادٍ وَعَمْرٍو بِإِسْنَادِهِمْ قالوا لَمَّا فَصَلَ رُسْتَمُ من سَابَاطَ لَقِيَهُ جَابَانُ على ٱلْقَنْطَرَةِ فَشَكَا اليه وقال أَلَا تَرَى ما أَرَى فقال له رستم أَمَّا أَنَا فَأُقَادُ بِخِشَاشٍ وَزِمَامٍ فلا أَجِدُ بُدًّا من ٱلْاِنْقِيَادِ وَأَمَرَ الجَالِنُوسَ حتى قَدِمَ الحِيرَةَ فَمَضَى فَٱضْطَرَبَ فُسْطَاطَهُ بالنَّجَفِ وَخَرَجَ رُسْتَمُ حَتَّى يَنْزِلَ بِكُوثَى وكتب الى الجالنوس وَٱلْآزَاذْمَرْدِ أَصِيبَا لى رَجُلًا من ٱلْعَرَبِ من جُنْدِ سَعْدٍ فَرَكِبَا بِأَنْفُسِهِمَا طَلِيعَةً فَأَصَابَا رَجُلًا فَبَعَثَا به اليه وهو بِكُوثَى فَٱسْتَخْبَرَهُ ثم قَتَلَهُ ✩ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلنَّضْرِ بْنِ ٱلسَّرِيِّ عن ٱبْنِ ٱلرُّفَيْلِ عن ابيه قال لَمَّا فَصَلَ رُسْتَمُ وَأَمَرَ الجَالِنُوسَ بِٱلتَّقَدُّمِ الى الحِيرَةِ وَأَمَرَهُ أَنْ يُصِيبَ له رجلا من ٱلْعَرَبِ فَخَرَجَ هو وَٱلْآزَاذْمَرْدُ سَرِيَّةً فى مِائَةٍ حتى ٱنْتَهَيَا الى القادسيّة فَأَصَابَا رَجُلًا دون قنطرة القادسيّة فَٱخْتَطَفَاهُ فَنَفَرَ ٱلنَّاسُ فَأَعْجَزَاهُمْ إِلَّا ما اصاب المسلمون فى أُخْرَيَاتِهِمْ فَلَمَّا ٱنْتَهَيَا الى ٱلنَّجَفِ سَرَّحَا به الى رُسْتَمَ وهو بِكُوثَى فقال له رُسْتَمُ ما جَاءَ بكم وما ذا تَطْلُبُونَ قال جِئْنَا نَطْلُبُ مَوْعُودَ ٱللّٰهِ قال وما هو قال أَرْضُكُمْ وَأَبْنَاؤُكُمْ وَدِمَاؤُكُمْ إِنْ أَبَيْتُمْ أَنْ تُسْلِمُوا قال رستم فَإِنْ قُتِلْتُمْ قَبْلَ ذَلِكَ قال فى مَوْعُودِ ٱللّٰهِ أَنَّ من قُتِلَ مِنَّا قبل ذلك أَدْخَلَهُ الجَنَّةَ وَأَنْجَزَ لِمَنْ بَقِيَ مِنَّا ما قُلْتُ لك فَنَحْنُ على يَقِينٍ قال رُسْتَمُ قد وُضِعْنَا إِذًا فى أَيْدِيكُمْ قال وَيْحَكَ يا رُسْتَمُ إِنَّ أَعْمَالَكُمْ وَضَعَتْكُمْ فَأَسْلَمَكُمْ ٱللّٰهُ

cavetoque, ne res, quae geruntur, te decipiant, haecque matura, ne capiaris." Quae litterae quum Dschischnismâho redditae essent, iter ad Arabes direxit, atque El moannam adiit, qui cum nonnullis equitibus apud El atikum consederat. Hic vero Dschâbânum ad Saadum misit; in cuius clientelam ille se, suosque, contulit, ceterosque, quibus hoc concederet. Deinde Saad Dschâbânum in Persiam remisit, ut res Persarum exploraret. Pultem mellitam Dschâbân dono obtulit El moannae. Qui uxori: „quid hoc est?" Illa vero: „arefactum, inquit, esse existimo." Tum, quum haec femina pulmento illi manum iniiceret, eam fefellit; atque El moanna: „phy, apage hoc!"

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Taleha, atque Sijâdo, Amroque, ad praeceptores suos provocantibus, haec compererat. Qui dixerunt: Rustemo, quum ex Sâbâta discessisset, Dschâbân ad pontem occurrit, atque queribundus: „nonne id, quod sentio, inquit, sentis?" Cui Rustem: „quod me adtinet, annulo et freno coerceor; itaque non possum facere, quin me submittam." Tum Gâlenûssum ad El hiram versus prodire iussit; qui statim eo profectus, ad Ennedschef castra posuit. Rustem vero iter fecit, quoad in Kûtha consedit; ex quo loco Gâlenûsso atque El âsâdsumerdo scripsit haec: „capite mihi hominem Arabem ex militibus Saadi." Itaque duo illi duces ipsi ut praecursores ultra provecti sunt, hominemque ceperunt, quem ad Rustemum miserunt, qui in Kûtha commorabatur. Qui, posteaquam illum Arabem percunctatus est, eum interfecit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Ennadr ben essurri ea cognoverat, cui ab Ebn errokail narrata fuerant, qui ex patre ea compererat. Qui dixit: Rustem quum, iter ingressus, Gâlenûssum ad El hiram versus pergere, hominemque Arabem sibi capere, iussisset, ipse Gâlenûs atque El âsâdsumerd cum centum equitibus usque ad El kâdessijjam excurrerunt, ibique infra pontem El kâdessijjae in hominem inciderunt, quem secum abstulerunt. Milites Arabes pavor subitus occupavit; unde factum est, ut duces illi Persae inde elaberentur; ex postremis tantum Persis Moslemi nonnullos ceperunt. Duces Persae quum ad Ennedschef pervenissent, hominem, quem ceperant, ad Rustemum miserunt, qui in Kûtha commorabatur. Tum Rustem illi: „quid vos huc adduxit? quid quaeritis?" Arabs: „venimus, inquit, quaerentes id quod Deus nobis promisit." Atque Rustem: „quidnam hoc est?" Ille vero: „terra vestra, filii vestri, sanguinesque vestri, si islamismum amplecti nolitis." Rustem: „si vero priusquam hoc nanciscamini ipsi occumbitis?" Cui Arabs: „ex iis, quae Deus promisit, est quod, quicunque nostrum priusquam illa nanciscatur mortem occumbit, eum in paradisum deducet, quicunque nostrum vero salvus evadit, ei illa tribuet, quae tibi exposui. Quod quidem certe scimus." Tum Rustem: „haec si ita sunt, sane manibus vestris iam prodidit nos." Arabs vero: „vae tibi, o Rustem! imo facta vestra prodiderunt vos. Nam propter ea Deus vos

بها فلا يَغُرَّنَّكَ ما تَرَى حَوْلَكَ فَإِنَّكَ لَسْتَ تُجَاوِلُ ٱلْإِنْسَ إِنَّمَا تُجَاوِلُ ٱلْقَضَآءَ وَٱلْقَدَرَ فَٱسْتَشَاطَ غَضَبًا فَأَمَرَ به فَضُرِبَتْ عُنُقُهُ وخرج رُسْتَمُ من كُوثَى حتى يَنْزِلَ بِبِرْسَ فَغَصَبَ أَصْحَابُهُ ٱلنَّاسَ أَمْوَالَهُمْ وَوَقَعُوا على ٱلنِّسَآءِ وَشَرِبُوا ٱلْخُمُورَ فَضَجَّ ٱلْعُلُوجُ الى رُسْتَمَ وَشَكَوْا اليه ما يَلْقَوْنَ فى أَمْوَالِهِمْ وَأَبْنَآئِهِمْ فقام فيهم فقال يَا مَعْشَرَ أَهْلِ فَارِسَ والله لقد صَدَقَ ٱلْعَرَبِىُّ والله ما أَسْلَمَنَا الّا أَعْمَالُنَا والله لِلْعَرَبِ فى هَؤُلَآءِ حَقٌّ وَهُمْ لهم ولنا حرب وَهُمْ أَحْسَنُ سِيرَةً مِنْكُمْ إِنَّ ٱللَّهَ يَنْصُرُكُمْ على ٱلْعَدُوِّ وَيُمَكِّنُ لكم فى البلاد بِحُسْنِ ٱلسِّيرَةِ وَكَفِّ ٱلظُّلْمِ وَٱلْوَفَآءِ بِٱلْعُهُودِ وَٱلْإِحْسَانِ فَأَمَّا إِذْ تَحَوَّلْتُمْ عن ذلك الى هذه الاعمال فَلَا أَرَى ٱللَّهَ إِلَّا مُغَيِّرًا ما بكم وَأَمَّا أَنَا بِآمِنٍ أَنْ يَنْزِعَ ٱللَّهُ سُلْطَانَهُ منكم وَبَعَثَ ٱلرِّجَالَ فَلَقَطُوا بَعْضَ مَنْ يُشْكَى فَأُتِيَ بِنَفَرٍ فَضَرَبَ أَعْنَاقَهُمْ ثم رَكِبَ وَنَادَى فى الناس بِٱلرَّحِيلِ فَخَرَجَ وَنَزَلَ بِحِيَالِ مَوْضِعِ دَيْرِ ٱلْأَعْوَرِ ثم ٱنْصَبَّ الى ٱلْمِلْطَاطِ فَعَسْكَرَ بِمَوْضِعٍ مِمَّا يَلِي ٱلْفُرَاتَ بِحِيَالِ أَهْلِ ٱلنَّجَفِ ثم نزل بِحِيَالِ ٱلْخَوَرْنَقِ فى ٱلْغُرَّتَيْنِ وَدَعَا بِأَهْلِ ٱلْحِيرَةِ فَأَوْعَدَهُمْ وَهَمَّ بِهِمْ فقال له ٱبْنُ بُقَيْلَةَ لا تَجْمَعْ علينا ٱثْنَتَيْنِ أَنْ تَعْجِزَ عن نُصْرَتِنَا وَتَلُومَنَا على ٱلدَّفْعِ عن أَنْفُسِنَا وَبِلَادِنَا فَسَكَتَ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَمْرٍو عن ٱلشَّعْبِيِّ وَٱلْمِقْدَامِ ٱلْحَارِثِيِّ عن مَنْ ذَكَرَهُ قالا دَعَا رُسْتَمُ أَهْلَ ٱلْحِيرَةِ وَسُرَادِقُهُ الى جَانِبِ ٱلدَّيْرِ فقال يا أَعْدَآءَ ٱللَّهِ فَرِحْتُمْ بِدُخُولِ ٱلْعَرَبِ علينا بِلَادَنَا وَكُنْتُمْ عُيُونًا لهم علينا وَقَوَّيْتُمُوهُمْ بِٱلْأَمْوَالِ فَٱتَّقَوْهُ بِٱبْنِ بُقَيْلَةَ وقالوا له كُنْ أَنْتَ الذى تُكَلِّمُهُ فَتَقَدَّمَ فقال أَمَّا أَنْتَ وَقَوْلُكَ أَنَّا فَرِحْنَا بِمَجِيئِهِمْ فما ذا فعلوا وَبِأَيِّ ذلك من أُمُورِهِمْ نَفْرَحُ إِنَّهُمْ لَيَزْعُمُونَ أَنَّا عَبِيدٌ لهم وما هم على دِينِنَا وَإِنَّهُمْ يَشْهَدُونَ علينا أَنَّا من اهل النار وَأَمَّا قَوْلُكَ أَنَّا كُنَّا عُيُونًا لهم فما الذى يُحْوِجُهُمْ الى أَنْ نَكُونَ عُيُونًا لهم وقد هَرَبَ أَصْحَابُكُمْ منهم وَخَلَّوْا لهم ٱلْقُرَى فليس

nobis tradidit. Itaque caveto, ne id te decipiat, quod te circumstare vides. Nam non adversus homines dimicas, sed adversus decretum Dei atque fatum." Quibus auditis, Rustem, ira percitus, collum illi secari iussit. Deinde ex Kûtha profectus ad Birs consedit. Milites eius vero terrae incolas bonis suis spoliabant, mulieribus vim adferebant, vinaque ebibebant. Tum barbari, ad Rustemum clamantes, vim questi sunt, quae bonis suis, liberisque, inferebatur. Itaque Rustem in concionem militum processit, ibique ita loquutus est: „o concio Persarum! sane vera Arabs ille dixit; nam, per Deum, hosti nos non tradunt nisi facta nostra. Atque, per Deum, Arabes suo iure haec sibi vindicant; nam inter eos atque nos bellum geritur, illi vero moribus honestioribus utuntur, quam vos. Deus auxilium contra hostes vobis feret, terramque hanc vobis concedet, si moribus honestis operam datis, ab iniuria vos abstinetis, promissa servatis, benevolosque vos praebetis. Si vero ab illa agendi ratione ad huiusmodi facta vos convertitis, tum Deum res vestras immutaturum esse existimo, eumque potestatem suam vobis detracturum esse credo." Quibus dictis, homines emisit, qui nonnullos eorum militum, qui incusabantur, ceperunt; quorum aliquot quum ad Rustemum adducerentur, colla iis secari iussit. Deinde in equum adscendit, et vasa conclamari iubet. Ex eo loco profectus, e regione coenobii Deir el awar consedit; mox vero ad ripam progressus, castra in loco ad Euphratem sito, e regione eorum, qui in Ennedschef erant, posuit. Deinde e regione El chawarnaki in El gurratân consedit, incolasque El hirae ad se convocavit. Quibus dira minatus est, suppliciumque intendit. Sed respondit ei Ebn bakîla: „caveto, ne duo nobis inferas mala, quod imbecillior es, quam ut auxilium nobis ferre possis, atque insuper nobis exprobras, nos non defendisse nosmet ipsos, neque agros nostros." Tum tacuit Rustem.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Amro ea cognoverat, cui ab Esschobio atque El mikdâm Hârethita narrata fuerant, qui ex eo, qui ea prodiderat, haec compererant. Qui dixerunt: Rustem El hirae, pagorumque, qui eam adiacent, incolas ad latus coenobii convocavit, iisque dixit: „o homines, Deo inimici, laetati estis, quum Arabes in terram nostram invaderent, resque nostras in eorum usum explorastis, eosque bonis vestris adiuvistis." Illi vero Rustemo opposuerunt Ebn bakilam, cui dixerunt; „tu is esto, qui verba ad illum facias." Itaque Ebn bakila, in medium progressus, sic loquutus est: „quod te quidem, atque id, quod de illorum adventu nos laetatos esse dicis, iam adtinet, quidnam, quaeso, illi fecerunt, quidnamque ex iis, quae illi agunt, est, de quo laetari possimus? Nos servos suos esse, ipsi contendunt. Sacris nostris addicti non sunt, sed in flam-

يَمْنَعُهُمْ أَحَدٌ من وَجْهٍ أَرَادُوهُ إِنْ شَآؤُوا أَخَذُوا يمينا او شمالا وَأَمَّا قَوْلُكَ أَنَّا قَوَّيْنَاهُمْ بِالْأَمْوَالِ فَإِنَّا صَانَعْنَاهُمْ بالاموال عن أَنْفُسِنَا إِذْ لم تَمْنَعُونَا مَخَافَةَ أَنْ تُسْبَى وَأَنْ تُحْرَبَ وَتُقْتَلَ مُقَاتِلَتُنَا وقد عَجَزَ عنهم مَنْ لَقِيَهُمْ منكم فَكُنَّا نَحْنُ أَعْجَزَ وَلَعَمْرِى لَأَنْتُمْ أَحَبُّ منهم وَأَحْسَنُ عِنْدَنَا بَلَآءً فَٱمْنَعُونَا منهم نَكُنْ لكم أَعْوَانًا فَإِنَّمَا نَحْنُ بِمَنْزِلَةِ عُلُوجِ ٱلسَّوَادِ عَبِيدُ مَنْ غَلَبَ فقال رُسْتَمُ صَدَقَكُمُ ٱلرَّجُلُ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلنَّضْرِ عن ٱبْنِ ٱلرُّفَيْلِ عن أَبِيهِ قال رَأَى رُسْتَمُ بِٱلدَّيْرِ أَنَّ مَلَكًا جَآءَ حتى دَخَلَ عَسْكَرَ فَارِسَ فَخَتَمَ ٱلسِّلَاحَ أَجْمَعَ ❊ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَأَصْحَابِهِ وَشَارَكَهُمُ ٱلنَّضْرُ بِإِسْنَادِهِ قالوا وَلَمَّا ٱطْمَأَنَّ رُسْتَمُ أَمَرَ ٱلْجَالِنُوسَ أَنْ يَسِيرَ من ٱلنَّجَفِ فسار فى المقدّمات فَنَزَلَ فيما بين ٱلنَّجَفِ وَٱلسَّيْلَحِينِ وَٱرْتَحَلَ رُسْتَمُ من ٱلْمَدَآئِنِ وَعَسْكَرَ بِسَابَاطَ وَزَحَفَهُ منها إِلَى أَنْ لَقِىَ سَعْدًا أَرْبَعَةَ أَشْهُرٍ لا يُقْدِمُ ولا يُقَاتِلُ رَجَآءَ أَنْ يَضْجَرُوا بِمَكَانِهِمْ وَأَنْ يَجْهَدُوا فَيَنْصَرِفُوا وَكَرِهَ قِتَالَهُمْ مَخَافَةَ أَنْ يَلْقَى مَا لَقِىَ مَنْ قَبْلَهُمْ وَدَاوَلَهُمْ لو لا ما جَعَلَ ٱلْمَلِكُ يَسْتَعْجِلُهُ وَيُنْهِضُهُ وَيُقْدِمُهُ حتى أَقْحَمَهُ فَلَمَّا نَزَلَ رُسْتَمُ ٱلنَّجَفَ عادت عليه ٱلرُّؤْيَا فَرَأَى ذَلِكَ ٱلْمَلَكَ وَمَعَهُ ٱلنَّبِىُّ صلى الله عليه وسلم وَعُمَرُ فَأَخَذَ ٱلْمَلَكُ سِلَاحَ أَهْلِ فَارِسَ فَخَتَمَهُ ثم دَفَعَهُ الى ٱلنَّبِىِّ صلّى الله عليه وسلم فَدَفَعَهُ ٱلنَّبِىُّ عليه ٱلسَّلَامُ الى عُمَرَ فَأَصْبَحَ رُسْتَمُ فَٱزْدَادَ حُزْنًا فَلَمَّا رَأَى ٱلرَّفِيلُ ذلك رَغِبَ فى ٱلْإِسْلَامِ فَكَانَتْ دَاعِيَتَهُ الى ٱلْإِسْلَامِ وَعَرَفَ عُمَرُ أَنَّ ٱلْقَوْمَ سَيُطَاوِلُونَهُمْ فَعَهِدَ الى سَعْدٍ والى المسلمين أَنْ يَنْزِلُوا حُدُودَ أَرْضِهِمْ وَأَنْ يُطَاوِلُوهُمْ أَبَدًا حتى يُنْغِضُوهُمْ فَنَزَلُوا ٱلْقَادِسِيَّةَ وقد وَطَّنُوا أَنْفُسَهُمْ على ٱلصَّبْرِ وَٱلْمُطَاوَلَةِ وَأَبَى ٱللَّهُ إِلَّا أَنْ يُتِمَّ نُورَهُ فَأَقَامُوا وَٱطْمَأَنُّوا فَكَانُوا يُغِيرُونَ

ut nemo esset, qui ab ulla parte, quam petere vellent, illos prohiberet. Si volebant, ad dextram, vel ad sinistram, grassabantur. Quod id vero adtinet, quod bonis nostris illos adiuvisse nos dicis, bonis datis vitam nostram, quum a vobis non protegeremur, ipsi tueri voluimus, metuentes ne illi captivos abducerent, terram diriperent, virosque interficerent. Quicunque vestrum illis occurrit, infirmior fuit, quam ut resisteret; nos vero etiam infirmiores fuimus. Ceterum vos, per vitam meam, magis grati nobis estis, vosque digniores esse existimamus. Defendite nos! Tum adiutores vobis exsistemus. Nos enim iuxta atque barbari, qui provinciam Sewâdensem incolunt, non sumus nisi servi eius, qui superior discedit." Tum Rustem: „vera, inquit, ille homo vobis exposuit."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Ennadro ea cognoverat, cui ab Ebn errokail narrata fuerant, qui ex patre ea compererat. Qui dixit: Rustem, quum in coenobio commoraretur, in quiete angelum vidit, qui in castra Persarum ingressus arma obsignavit omnia. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, eiusque sociis haec compererat, eademque, quae illi, etiam Ennadr tradidit, ad praeceptores suos provocans. Qui quidem dixerunt: Rustem, ubi adquievit, Gâlenûssum ex Ennedschef discedere iussit; hic igitur cum primo agmine profectus, inter Ennedschef atque Essoilachûn castra posuit. Tum Rustem El madâïnam reliquit, castraque ad Sâbâtam posuit; unde profectus, per quattuor menses lente iter fecit, priusquam in Saadum incidit. Neque hosti obviam prodibat, neque in certamen descendebat, spe ductus, fore mox, ut Arabes illius loci, quem occupaverant, taedio caperentur, penuriaque victus pressi inde abirent. Proelium cum iis committere nolebat, metuens ea, quae ducibus ante ipsum emissis acciderant. Itaque ad cunctandum animum adpulit. Sed rex, ut festinaret, ei praecipere coepit, tantopereque ad iter faciendum ac prodeundum eum incitavit, ut denique quasi praecipitem in bellum eum ageret. Quum igitur Rustem ad Ennedschef consedisset, somnium illud iterum somniavit. Angelum enim vidit, qui comites secum habebat prophetam, cui bene dicat Deus, faveatque, atque Omarum; arma Persarum cepit angelus, eaque obsignavit; deinde prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque, ea tradidit; propheta vero, qui consalutetur, arma illa Omaro dedit. Quae res Rustemum, quum expergefieret, magno moerore adfecit. Quo conspecto, Errakil ad islamismum arripiendum inclinare coepit; illa enim res ad islamismum eum trahebat. Omar vero, quum Persas cunctatione uti cognovisset, Saado, Moslemisque, praecepit, ut in finibus agrorum suorum considerent, ipsique usque cunctarentur, donec

على ٱلسَّوَادِ فَٱنْتَسَفُوا مَا حولهم فَحَوَّدُوا وَأَعَدُّوا لِلْمُطَاوَلَةِ وعلى ذلك
جَاؤُوا أَوْ يَفْتَحَ ٱللّٰهُ لهم وكان عُمَرُ يَمُدُّهُمْ بِٱلأَسْوَاقِ الى ما
يُصِيبُونَ فَلَمَّا رَأَى ذَلِكَ ٱلْمَلِكُ وَرُسْتَمُ وَعَرَفُوا حَالَهُمْ وَبَلَغَهُمْ
عنهم فِعْلُهُمْ عَلِمَ أَنَّ ٱلْقَوْمَ غَيْرُ مُنْتَهِينَ وَأَنَّهُ إِنْ أَقَامَ لَمْ يَتْرُكُوهُ
فَرَأَى أَنْ يُشْخِصَ رُسْتَمَ وَرَأَى رُسْتَمُ أَنْ يَنْزِلَ بَيْنَ ٱلْعَتِيقِ والنَّجَفِ ثُمَّ
يُطَاوِلَهُمْ مَعَ ٱلْمُنَازَلَةِ وَرَأَى أَنَّ ذَلِكَ أَمْثَلُ مَا هُمْ فَاعِلُونَ حَتَّى يُصِيبُوا
مِنَ ٱلإِحْجَامِ حَاجَتَهُمْ أَوْ تَدُورَ لَهُمْ سُعُودٌ

diripientes quae in vicinis reperiebantur, eaque congerentes, ut ita ad commorationem diuturnam instruerentur. Atque in hac re perseverare usque deliberatum habuerunt, donec Deus victoriam ipsis tribuisset. Sed etiam Omar praeter ea, quae illi congerebant, commeatum ad eos supportandum curavit. Quod quum Rex ac Rustem percepissent, modumque agendi, quo illi utebantur, explorassent, rex Arabes iam ab hac re destituros non esse, neque, si ipse suo loco permaneret, recessuros esse unquam, satis cognovit. Propterea Rustemum emittere, ipsi visum est. Rustem vero inter El atik atque Ennedschef castra sibi ponenda esse existimavit, ut moras necteret, hosti imminens. Hoc enim eorum, quae agi possent, saluberrimum futurum esse censuit, quoad aut hac temperantia ea, quae vellent, consequerentur, aut fortuna ipsis adrideret prospera.

## INDEX CAPITUM.



## EMENDANDA.

Pag. 2. lin. 7. pro: شِبْه lege: شَبَّهَ.

— 3 — 12. — schibh, lege: schabba.

— 32 — 1. — خَيْلِ lege: حَبْلِ.

— 33 — 4. — ex inopinato, lege: citra laborem.

— 135 — 13. — mitteret, lege: amicitia coniungeret.